

[STATUTY PIOTRKOWSKIE JANA OLBRACHTA]

[WSTĘP]

[*k. 1 r.*]^a In Nomine Domini, Amen. [Ad perpetuam rei memoriam]. Tronus splendor et potentia regalis^b et cuiuslibet principantis Maiestatis tunc dinoscitur inter fideles suos non solum tutissime roborari, verum etiam velut radiis naturalissimis prominentibus eis splendere, dum purae fidei et benevolentiae subditorum meminit, dumque acumen cunctarum lucubrationum et meditationum suarum pro eorundem fidelium suorum quiete, tranquillitate, aequitate et iustitia defigit. Quod fit praecipue, dum pro fide et benevolentia^c in regiam excellentiam efferendam sublimandamque collata digna remuneratione bravia suis ipsis tribuit^d fidelibus, non solum in libertatibus, iuribus et constitutionibus largiendis instituendisque novis, verum etiam aliis per alios reges et^e principes pia consideratione institutis confovendis et confirmandis, neque in hoc errat sublimis regum et^f principum meditatio et enim observantia fidei, sui trahens originem ex augmento gratiarum, iurium et libertatum rationis et naturae ipsius legibus stabilior perseverat, cum favor et benignitas principis in suos ostensa subiectos sic commodari exhiberique conspicitur, uti eorum necessitas honesta^g ac eventuum communium vis creditur pro tempore et in futurum exposcere. Ipsa tandem maiestas quidquid^h unquam propterea decreverit aut instituerit, id ne labentibus saeculis oblivionis confundatur erroribus, consuevit litterarum apicibus commendareⁱ everterne perinde^j ac vivaciter memorandum atque^k duraturum. Exinde Nos Johannes Albertus Dei gratia Rex Poloniae, necnon terrarum Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyawyae, Supremus Dux Litwaniae, Russiae, Prussiae ac Culmensis et^l Elbigensis, Pomeraniaeque dominus et haeres etc. Memoriae^m commendamus tenore praesentium notificantesⁿ universis quos praesens continet aetas, continebitque futura. Quomodo superiori tempore, divino munere et communi^o atque concordia praelatorum, baronum et^p omnium regnicolarum Regni nostri Poloniae favore, ad regnandum in hoc inclito Regno nostro Poloniae tunc per mortem divi olim Kazimiri genitoris nostri vacante assumpti existentes, licet per alias litteras nostras tunc universis terris civitatibus^q et subditis Regni nostri concessas universa iura, privilegia, libertates et praerogativas per Serenissimos Illustrissimosque Reges et Principes Regni Poloniae eundemque olim genitorem nostrum eis concessas atque concessa confirmaverimus, cum sacramento iuramenti in felici coronatione nostra per nos corporaliter praestiti, ibique^r licet censeantur universa privilegia inclusa esse successive Regno concessa, tamen cum in praesenti conventionem produceretur in medium privilegium originaliter continens constitutiones multas, nobis et Reipublicae Regni nostri perutiles, in Nyeschova^r per olim genitorem nostrum datum, illud ad vota praelatorum et universorum regnicolarum specialiter confirmaturi decrevimus praesentibus inserendum tenore infrascripto.

[1]. Privilegium Nyeschoviense^s.

^tCum in Regum^t constitutionibus salus Reipublicae consistat pacisque suavitas conservetur, proinde Nos Kazimirus^u Dei gratia Rex Poloniae necnon^v Cracoviae, Sandomiriae, Siradiae, Lanciciae, Cuyaviae, Magnus Dux Litwaniae^w, Russiae Prussiaeque^x, Culmensis, Elbigensis, Konigsberiensis et^y Pomeraniae terrarum haeres et dominus^y etc. Attendentes consti-

^a *Paginacja odnosi się do perg. 644 B. Czart.*

^b *WMK1: monarchialis.*

^c *beniuolencia B. Czart.*

^d *WL, VL: tribuet.*

^e *ac MK1.*

^f *ac MK1.*

^g *honestas L, VL.*

^h *quicquid B. Czart.*

ⁱ *comendare B. Czart.*

^j *provide VL.*

^k *et MK1, L, VL.*

^l *Brak w L, VL.*

^{m-n} *commendantes, tenore praesentium notificamus L, VL.*

^o *comvni (tak zawsze w B. Czart.).*

^p *MK1, L i VL: consiliariorum et.*

^q *limitatibus B. Czart., L i VL.*

^r *ibique L, VL.*

^r *Niessovia VL.*

^s *Statutum Casimiri in Nyeschowa et Oppoki MK1, L; ...Nieszova et Opoki VL.*

^{t-t} *Cum legum MK1.*

^u *Casimirus L, VL.*

^v *necnon terrarum L, VL.*

^w *Lithvaniae VL.*

^x *Prussiae ac VL.*

^{y-y} *Pomeraniae dominus et haeres VL.*

tutiones praedecessorum nostrorum quasdam in oblivionem deductas, alias reformatione, ^z-innovatione et ^z alias additione egere, ad instantiam omnium nobilium regnicolarum nostrorum, coram nobis constitutorum consilio^{aa} baronum et consiliariorum nostrorum constitutiones terrarum praefati Regni nostri duximus praesentibus innovandas, emendandas et ^{ab}-reformandas in melius, ceterisque aliquid addiciendum^{ab} censuimus, ut iudices terrarum Regni nostri ipsis innixi et ex ipsis eruditione sumpta in iudicando conservent^{ac} stateram aequitatis.

[2]. [Confirmatio iurium]^{ad}.

Imprimis igitur ^{ae}-verbo nostro regio pollicemur^{ae} omnes Regni nostri incolas in iuribus quibusvis ipsis^{af} a praedecessoribus nostris datis integraliter conservare. Nullique bona recipi mandabimus, aut captivari faciemus, nisi ^{ag}-fuerit prius^{ag} iure convictus.

[3]. [Ad bellum euntibus promissio facta stipendii].

Item pollicemur, quod dum^{ah} et quando Nos extra fines Regni expeditionaliter proficisci contigerit, omnibus terrigenis nostris nobiscum euntibus exolvemus iura terrestria, videlicet super quamlibet hastam quinque marcas, pro ^{ai}-damnis ipsis etiam et captivitate^{ai} satisfaciemus, iuxta quod ipsis a nostris praedecessoribus est concessum.

[4]. [In capitaneos non constituentur dignitarii].

Item cum singula [k. l v.] officia suis sint actibus deputata pollicemur, quod in nullis terris Regni nostri pallatinum aut castellanum in capitaneum praeficiemus, praeter capitaneum Cracoviensem.

[5]. [Dignitates et officia quibus danda].

Item cum indigenae pro suis meritis et virtutibus ^{aj}-sint forensibus^{aj} merito praeferendi, pollicemur per praesentes, quod dignitates castellanatus et officia in terris universis Regni nostri personis benemeritis, aetate, intellectu et prudentia bene vigentibus et indigenis distribuemus, dabimusque dignitatem illi personae, quae illius terrae indigena fuerit, in qua dignitas ipsa vaccabit, ^{ak}-habueritque bona haereditaria ibidem^{ak} ut viam murmuri, et displicentiis praecludamus.

[6]. [Consilarii, vicecancellarii, mareschalci id quibus sint terris].

Pollicemurque^{al}, quod cancellarium, vicecancellarium, marsalcum^{am} et alia officia curiae distribuemus indistincte viris idoneis, sive fuerint de terris Maioris Poloniae sive Cracoviae.

[7]. [De non obligandis terris et castris principalibus].

Item cum bona et possessiones mensae nostrae regalis, nedum pro persona nostra, sed pro tutione et pro^{an} conservatione Regni totius ^{ao}-sint a principio^{ao} ordinata, pollicemur, quod non ponemus in obligationem pro pecuniis, castra et terras principales seu capitales, in quibus capitaneatus consistunt, et si quis a nobis^{ap} huiusmodi terras aut castra sic in obligationem receperit, pecunias per eum datas eo ipso amittat.

^{z-z} et innovatione *VL*; *brak wyrazu* et *w MKI*.

^{aa} de consilio *L*, *VL*.

^{ab-ab} reformandas melius, ceteris etiam aliquid addiciendum *MKI*; [...] adijciendum *VL*.

^{ac} observarent *MKI*.

^{ad} *W B. Czart. przy poszczególnych przepisach (z wyjątkiem nr 19, 24, 35, 37, 38, 40-42, 44, 45, 47, 48, 55, 70, 73, 74, 76, 78, 88-90) zamieszczano tylko znak: §, bez podania numeru kolejnego.*

^{ae-ac} pollicemur verbo nostro Regio *L*, *VL*.

^{af} *Brak w MKI*.

^{ag-ag} prius fuerit *L*, *VL*.

^{ah} *Brak w MKI*.

^{ai-ai} damnis etiam et captivitate ipsis *L*, *VL*.

^{aj-aj} forensibus sint *L*, *VL*.

^{ak-ak} habueritque haereditaria ibidem bona *L*, *VL*.

^{al} Praecludamus, pollicemurque *MKI*; Item pollicemur *L*, *VL*.

^{am} mareschalcum *L*, *VL*.

^{an} *W L i VL zamiast: et pro jest ac.*

^{ao-ao} sint principio *L*, *VL*.

^{ap} nobilibus *L*, *VL*.

[8]. [De non expetendis contributionibus a subditis].

Item pollicemur, quod a modo non expetemus aliquas solutiones, aut contributiones fertorum, aut sex grossorum a terrigenis, aut ab^{aq} eorum hominibus, sed in solutione duorum grossorum de quolibet laneo debemus esse contenti, iuxta veteram consuetudinem.

[9]. [Grancies bonorum regalium qualiter faciendae].

Praeterea pollicemur, quod omnibus petentibus a nobis limitationem seu distinctionem limitum, inter bona mensae nostrae Regalis et bona petentium, consentiemus et dabimus duos dignitarios seu officiales et succamerarium, qui nomine nostro ^{ar}potestatem plenam limites habebunt faciendi^{ar}.

[10]. [De inhibitione iudiciorum].

Item pollicemur, quod non dabimus litteras prohibitorias iustitiae, aut has, per quas posset impediri aut differri iudicium in praeiudicium alicuius partis actoris aut rei, quod si aliquando^{as} huiusmodi litteras de cancellaria nostra, per importunam alicuius instan[tiam], aut quovis modo emanare contigerit, sint eo ipso nullae, iudicesque per huiusmodi litteras minime iudicare sint astricti^{at}.

[11]. [De differentia spiritualium et saecularium].

Item promittimus, quod quam cito Deo dante de expeditione in terras nostras Nos reverti contingat, omnes differentias inter spirituales et saeculares exortas in conventionem generali sopiemus.

[12]. [Iudicia capitanei pro tempore et loco tenentes].

Item statuimus, quod capitanei nostri iudicia sua^{au} non iudicent in arciori^{av} tempore nisi in sex ebdomadis^{aw}, quodque ante hoc^{ax} ipsorum iudicia huiusmodi ante unam septimanam preconisuntur et proclamentur, locusque huiusmodi iudicio, talis modi proclamatione publice designetur.

[13]. [Quatuor articulos capitanei iudicaturi].

Item statuimus, quod capitanei nostri non iudicent indistincto praeterquam quatuor articulos, pro concussione viae regiae ubi mercatoribus violentia infertur, pro incendio, pro invasione domus ^{ay}manu violenta^{ay} et oppressione foeminarum.

[14]. [De iustitia per Regem in ingressu terrae facienda].

Item pollicemur, quod semper in adventu nostro in terras quascunque nostras in quolibet districtu, quem feliciter ingressi fuerimus omnibus petentibus iustitiam fieri cum capitaneis nostris, ipsam expedire faciemus.

[15]. [De terminis generalibus seu peremptoriis].

Item statuimus, quod iudicia peremptoria seu termini generales fiant tribus vicibus in anno in terris singulis, omnesque officiales qui iudiciis praesidere consueverunt personaliter eis interesse tenebuntur et sint astricti^{az}, exceptis palatino et capitaneo, qui dum conventionibus aut negotiis regiis fuerint impediti poterint vice sua surrogare terrigenas possessionatos et prudentes, seu iurisperitos. Ceteri vero praesidentes in iudiciis ut iudex, subiudex, vexillifer semper personaliter interesse debebunt, praeterquam si aliquis eorum infirmus esset, aut legatione regia seu Regni fungens alicubi mitteretur, nam tunc pro uno semel poterit alium in iudicio ponere vice sua, alias semper extra casus istos interesse personaliter sint astricti^{ba}.

^{aq} *W Ł VL zamiast: aut ab jest vel.*

^{ar-ar} *potestatem habebunt limites faciendi Ł, VL.*

^{as} *alioquin Ł, VL.*

^{at} *adstricti Ł, VL.*

^{au} *Brak tego wyrazu w VL.*

^{av} *arctiori Ł, VL.*

^{aw} *hebdomadis Ł, VL.*

^{ax} *Słów: ante hoc, brak w MKI, VL.*

^{ay-ay} *violenta manu Ł, VL.*

^{az, ba} *adstricti Ł, VL.*

[16]. [De libro iudiciorum].

Item statuimus: quod pro iudiciis iuste expediendis et negotiis in iudicium deductis scribendis fideliter, fiat unus liber iudiciorum seu actorum in quolibet districtu. Et dum in aliqua causa in iudicium deducta, super aliquo articulo audita propositione et responsione, fuerit in iudicio sententiatum quid illa sententia in librum actorum inscribatur, ut postea super eodem articulo, vel ei simili, similis sententia proferatur.

[17]. [Iudicia secundum statuta tenenda].

Huiusmodi autem iudicia iudicentur ex libro statutorum Regis Kazimiri^{bb} divae memoriae, et ex statutis in Wartha confectis. Quodque in huiusmodi iudiciis non respiciantur dilationis^{bc} termini, praeterquam infirmitate de qua primum per iuramentum constare debet in secundo autem termino infirmus^{bd} comparere et respondere debet.

[18]. [Notae notariorum et lectura].

Item statuimus, ut notarii terrestres in iudiciis non exigant a notis, praeterquam in primo termino medium grossum, et in ultimo tantundem, aut a notis totius causae recipiant unum grossum, pro lectura vero, quam fecerint in iudiciis, nihil penitus exigere debebunt.

[19]. [Notarius qualiter instituendus cum vacat].

Vacante autem notariatu terrarum, in qualibet terra terrigenae illius terrae ubi notariatus vacat^{be}, in conventionem terrestri nominabunt quatuor personas idoneas pro eodem officio, prout de iudicibus et subiudicibus servari solitum est, ex quibus quatuor sic nominatis personis uni illorum conferemus notariatum ad placitum nostrum.

[20]. [Liber qualiter servandus sit].

Item statuimus, ut libri terrestres actorum iudicialium servantur iuxta statuta Varthensia sub tribus clavibus, quarum unam palatinus habeat, aliam iudex et tertiam notarius. Completo iudicio remanere debet in loco, ubi factum est iudicium tribus diebus pro dandis copiis actorum, petentibus eas.

[21]. [De controversiis et responsis].

Item statuimus, quod in iudiciis terrestribus et capitaneorum controversiae alias *wspory*^{bf} possunt fieri ante responsionem, alias *przeth odeprza*^{bg} per reum factam, post responsionem vero rei super propositione actoris, iudex amputatis controversiis et altricationibus^{bh} superfluis, unicuique partium faciat iustitiam expeditam.

[22]. [Vulnera qualiter probanda et iudicanda].

Item statuimus, quod si quis ^{bi}-evocabit seu citabit^{bi} aliquem ad iudicium pro vulneribus, ministerialis ad insta[ntia]m vulnerati vulnera conspiciat debite, qui super^{bj} ministerialis recognitionem vulnerum suorum coram iudicio debet edocere testibus totalibus super vulnera sua. Qui si docere non poterit, extunc idem vulneratus luet pro iudicio regalem poenam dictam septuaginta alias *syedmnadzyestha*^{bk}, et parti adversae poenam dictam quinquaginta, alias *pyanthnadzyesta*^{bl}.

^{bb} Casimiri *L*, *VL*

^{bc} dilationes *L*, *VL*.

^{bd} in terminis *L*, *VL*.

^{be} vaccat *B. Czart*.

^{bf} spory *MKI*.

^{bg} przed odeprza *VL*.

^{bh} altercationibus *L*, *VL*.

^{bi-bi} citabit seu evocabit *L*, *VL*

^{bj} supra *L*, *VL*.

^{bk} szyemdzestha (z poprawką marginalną na: syedmyadzyestha) *MKI*; syedmadzyesczya *L*; siedmnadziesta *VL*.

^{bl} pyandzestha (z poprawką na marginesie na: pyanthnadzestha) *MKI*; pyathnadzyesczya *L*; piętnadziesta *VL*.

[23]. [De calumnia obiecta, de calumpniatore et de calumniato].

Item cum omnis iuris regula viam praecludat calumpniis^{bm}, statuendum censuimus, quod si cuius obiecti ^{bn}contingerit calumpniam^{bn}, calumpniatorque^{bo} et aliquo^{bp} nuncupetur, quia videlicet procuravit, aut procurat causam ^{bq}calumpniosam luet calumpniato^{bq} se purganti, poenam trium marcarum, et iudicio trium. Talis autem purgatio ipsis calumpniatoribus^{br} duntaxat tribus vicibus est indicenda. Si vero quarta vice quis inculpatus fuerit, de opere calumpniae^{bs} amplius ad purgationem admitti non debet, sed pro suo scelere nares ^{bt}praecidi sibi^{bt} debent, ad instar equi castrati, et eo ipso sit honore privatus, nec iure nobilium per amplius, ^{bu}uti poterit aut eodem aliquatenus se tueri^{bu}.

[24]. [De eo qui procuratore caret aut proponere nescit].

Si quis vero in iudicio constitutus, rem debite suam^{bv} proponere nesciverit, aut in lingua impeditus fuerit, nec amicum pro eo loqui volentem poterit habere, iudicium ibi sedens ex suo officio sibi petenti procuratorem idoneum deputare debebit.

[25]. [De pignorationibus].

Item statuimus, quod quotiescunque per capitaneos nostros, aut eorum vicesgerentes, impignorationes fieri contingat ex decreto iuris terrestres, aut pro exactionibus regalibus, ut non exigant ipsi capitanei plusquam illud quod pro pignore recipitur, quod pro suis servitoribus^{bw} aut ministeriali consueverunt, ipsi pignorantes^{bx} facere, quod omnino fieri prohibemus.

[26]. [Si tenentarii bonorum regalium cuiusdam iniuriantur].

Item statuimus, ut tenentarii bonorum mensae nostrae regiae si vicinis aut aliis hominibus iniuriati fuerint, teneantur stare iudicio terrestri, postquam fuerint per iniuriam passos evocati. Etsi pellant pecora aut pecudes ad domos aut curias regales, occasione differentiae granicierum, aut r[ati]one destructionis seminorum, tenebuntur dare ad cautionem fideiussoriam super decretum dominorum iuxta consuetudinem terrae diutius observatam, quodsi secus fecerint, luent poenas sicut alii nobiles, quae poenae poterint peti et exigi ab eis etiam in pecuniis, si quas habuerint in bonis regalibus inscriptas.

[27]. [*Spisne* abrogatur].

Item statuimus, ^{by}ut burgrabius^{by} aut exactores regales seu capitanei nostri non exigant *spyssne*^{bz} de hominibus tam nobilibus quam spiritualium, quodsi secus fecerint nec possessionati fuerint, in hospitibus eorum per burgrabium loci, aut preconsulem^{ca} arestantur, donec acceptum restituam poenam etiam^{cb} trium marcarum luant ei, a quo huiusmodi^{cc} *spyssne*^{cd} exegerunt.

[28]. [In foro publico non sint prohibitiones].

Item quoniam in emptionibus^{ce} et venditionibus rerum est aequalitas observanda^{cf}, statuimus, ut civitates nostrae et omnes aliae non faciant prohibitiones in foris pro utilitate sua et incommodo aliorum aliqua signa in foro prohibitionem designantia extendendo, sed unicuique venienti ad forum, liberum sit vendere et emere rem suam ad placitum suum. Quod si ipsi cives contrarium fecerint, habeat capitaneus noster ipsos puniendi in poena trium marcarum facultatem.

^{bm} calumpnijs VL.

^{bn-bn} contingerit calumnia VL.

^{bo} calumpniatorque VL.

^{bp} antiquo L, VL.

^{bq-bq} calumpniosam luet calumpniato VL.

^{br} calumpniatoribus VL.

^{bs} calumnie VL.

^{bt-bt} sibi praecidi VL.

^{bu-bu} aut eodem aliquatenus se tueri potest L, VL.

^{bv} *Słowo dopisane inną ręką na marginesie B. Czart.*

^{bw} pignorationibus VL.

^{bx} pignoratotes L, VL.

^{by-by} quod burgrabii L, VL.

^{bz} spisne L; spisne VL.

^{ca} proconsulem MKI, L.

^{cb} *Brak w L, VL.*

^{cc} hmoi (*tak zawsze w B. Czart.*).

^{cd} spisne L; spisne VL.

^{ce} *Tak odczytywał tylko J.W. Bandtkie w Ius Pol.; exemptionibus MKI, L, VL.*

^{cf} servanda L, VL.

[29]. [De profugis restituendis].

Item statuimus, ut tenetarii bonorum nostrorum, cives civitatum nostrarum et terrigenae ac etiam spirituales, homines profugos illis, a quibus profugerunt^{cg} requisiti restituant, et ad eorum restitutionem teneantur secundum iuris terrestres consuetudinem, quod si requisiti contra hoc^{ch} fecerint nec profugos postulant^{ci} restituere curaverint, extunc luant poenam marcarum trium profugos petenti, et iudicio trium, et nihilominus^{cj} soluta poena huiusmodi profugos restituere sint astricti^{ck}.

[30]. [Vulneratorum et occisorum villanorum in civitatibus].

Item statuimus: quod cives civitatum nostrarum nobilium et spiritualium pro vulneribus et homicidio ius polonicum hominibus villarum nostrarum spiritualium et nobilium ministrare tenebuntur.

[31]. [De filiis pro patre aut fratribus indivisis ad bellum ituris].

Item statuimus, quod si quis ex terrigenis nostris habuerit filium adultum indivisum, aut frater fratrem potentem ferre arma, poterit ipsum^{cl} etiam absque licentia regia^{cl} ad expeditionem vice sua mittere, qui supplebit locum eius tanquam solus personaliter interesset, sic tamen quod eum^{cm} eo modo expediat, sicut ipsemet iturus esset.

[32]. [De rebus venalibus per palatinos taxandis].

Item volumus, ut quilibet palatinus in suo palatinatu^{cn} potestatem habeat in singulis^{cn} civitatibus, artificibus quibuscunque etiam pincernis, certam mensuram et modum vendendi res suorum artificiorum constituere, ne terrigenae nostri et eorum homines, eorum venditionibus aggraventur, quodque praefatus palatinus annis singulis tenebitur facere sub poena magna regali in terris singulis consueta, contra non facientes per nos statuenda.

[33]. [De bello et constitutionibus decernendis].

Item pollicemur, quod nullas novas constitutiones faciemus neque terrigenis ad bellum moveri mandabimus absque conventionione communi in singulis terris instituenda.

[34]. [De Iudaeis et eorundem iuribus praescriptionibus et obligationibus].

Item cum infideles non debeant ampliori praerogativa gaudere quam Christi^{co} cultores, nec servi debent esse melioris conditionis quam filii, statuimus: quod Iudaei potiantur iuribus iuxta constitutiones Warthenses prout alii nobiles terrarum nostrarum quantum ad praescriptiones, ut videlicet utantur praescriptione trium annorum in obligationibus et inscriptionibus ipsorum. Nec poterint dare aliquam summam pecuniae super obligationem aliquorum bonorum aut super litteras^{cp} inscriptionum, quod si dederint contra huiusmodi prohibitionum statuti, eo ipso^{cq} pecuniam perdant, obligatioque et inscriptio huiusmodi, eo ipso^{cq} sint nullae, litteras etiam quascunque super libertate ipsis Iudaeis in Regno nostro degentibus, per nos post diem coronationis nostrae concessas, et iuri divino ac constitutionibus terrestribus contrarias penitus revocamus et^{cr} abolemus, easque nolumus fieri alicuius roboris vel momenti, quam revocationem et abolitionem earum^{cs} in regno nostro per proclamationem publicam omnibus innotescere faciemus. Haec ac^{ct} omnia rata grataque habere promittimus, et inviolabiliter observare, ac ab aliis observari faciemus, praesentium nostrarum quibus sigillum nostrum appensum est testimonio litterarum. Actum in Nyaschowa^{cu} die sabbatho proximo post festum^{cv} sanctae Elisabeth[ae]

^{cg} fugierint *L*, *VL*.

^{ch} *W L i VL zamiast contra hoc: non.*

^{ci} *Brak w L, VL.*

^{cj} nihilominus *B. Czart.*

^{ck} adstricti *VL.*

^{cl-cl} *VL ujmuje te słowa w nawias.*

^{cm} ipsum *VL.*

^{cn-cn} habeat potestatem singulis *VL.*

^{co} Christi Dei *L, VL.*

^{cp} littera *I, VL.*

^{cq-cq} *Brak w L, VL.*

^{cr} *W B. Czart. wpisane na interlinii.*

^{cs} *Zamiast abolitionem earum – obligationem eorum L, VL.*

^{ct} *W B. Czart. wpisane na interlinii; haec autem MKI.*

^{cu} Nieszawa *VL.*

^{cv} *Brak w B. Czart.*

anno Domini millesimo quadringentesimo quinquagesimo quarto. Praesentibus magnificis Johanne de Czyzow^{cw} castellano et capitaneo, Johanne de Thanczin^{cx} palatino Cracoviensi, Johanne de Oleschnycz^{cy} Sandomiriensi, Stanislao de Ostrorog Calisiensi palatinis, Hincza de Rogow castellano Siradiensi^{cz} et^{da} Regni Poloniae vicethesaurario, ceterisque quam pluribus^{db} ad praemissa. Datum per manus magnifici Johannis de Conyeczpolye^{dc} cancellarii et Thomae de Strapyno^{dd}, magistri in theologia, decretorum doctoris ac^{de} vicecancellarii Regni nostri Poloniae, sincere nobis dilectorum.

[35]. Confirmatio Nyeschoviense^{df}.

Quodquidem^{dg} privilegium in omnibus punctis, conditionibus, passibus et articulis, de certa scientia, benignitate et virtute^{dh} innata nostra, praelatorumque^{dh}, baronum ac nuntiorum de singulis terris hic congressorum universorum consilio et voluntate confirmandum duximus, et confirmamus perpetuo tenendum observandumque. Et insuper quanquam tam ipse olim genitor noster, quam ceteri ex ordine praedecessores nostri, consideratis moribus et consuetudinibus adolescentum et hominum universorum praesertim huic inclito Regno subiectorum, quadam effrena^{di} sensualitate ductorum, et ad malum declinantium, per quod morum et iustitiae subversio in populo^{dj} obrepit frequenter^{dj}, tam eas in praeserto privilegio descriptas, quam multas alias in suffragium bonorum morum, et in ministerium aequitatis communis constitutiones fecerint, tamen [k. 2 v.] quia iurium quantascumque sanctiones, etiam propensiori congestae consilio, ad humanae naturae varietatem et^{dk} machinationes inopinabiles saepenumero non sufficiunt, simul quoque ad decisionem lucidam nodosae ambiguitatis, plerumque contingentis non attingunt, quandoquidem ut constat e Sacrorum Canonum decretis, et vetustissimarum legum praeceptis, quorum, quarumque additiones et declarationes fiunt novae, vix aliquid adeo certum clarumque constituitur, quin ex causis, passionibus ac casibus emergentibus novis, quod iura antea posita mederi non possunt in dubium revocetur.

I[d]circo Nos Johannes Albertus Dei gratia Rex Poloniae, communi et diuturna consultatione praemissa, cum praelatis, baronibus, nobilibus, terrarumque nuntiis^{dl} ac subditis universis nostris spiritualibus et saecularibus, in hac^{dm} Generali Conventione Pyotrkoviensi^{dm} existentibus corpus eiusdem Regni cum plena facultate absentium repraesentantibus, nonnihil commendantes a statutis praesertis et aliis diutius sanctitis^{dn}, nonnihil vero denuo pro casuum emergentium novitate decernentes, statuta et constitutiones nostras infrascriptas decrevimus per nos edendas et constituendas, edimusque^{do} et constituimus, perpetuis temporibus duraturas et observandas.

[36]. [Statuta Ioannis Alberti anno 1496].

[Iudicia quatuor in anno tenenda, et qui illis debeant interesse].

Imprimis quoniam crebriusculum contingit, iudicia non teneri terrestria propter absentias eorum, e quorum auctoritatibus generalis dependet administratio iustitiae, i[d]circo statuendum putavimus et statuimus, ut in singulis terris Regni nostri iudicia terrestria quater in anno celebrentur, quibus iudiciorum terminis intersint et eis praesideant illi, qui ad iudicia celebranda ratione dignitatis aut officii pertinent. Si vero non interessent neque alium a se substituerent, nihilominus^{dp} iudex cum subiudice terminos et iudicia iudicabunt non obstante absentia illius et illorum, qui interesse debuit et debuerant, et similiter camerarii sui camerariorumque^{dq} eorundem. Tamen adminus iudiciis et terminis eisdem iudex cum subiudice et notario interesse teneantur, pro quibus si aliquis eorundem trium officialium terrestrium non venerit, aut omnes

^{cw} Joanne de Ciszow *VL*.

^{cx} Joanne de Tęczyn *VL*.

^{cy} Joanne de Oleśnica *VL*.

^{cz} Sandomirien. *VL*.

^{da} *Brak w L, VL*.

^{db} plurimis *L, VL*.

^{dc} Joannis de Konieczpole *VL*.

^{dd} Strzampino *VL*.

^{de} *Brak w L, VL*.

^{df} Casimiri Statuta Nieszawien, et in Opoki Joannes Albertus Rex confirmat *L, VL*.

^{dg} quandoquidem *VL*.

^{dh-dh} nostra innata, praeclarorumque *L, VL*.

^{di} effrenata *L, VL*.

^{dj-dj} frequenter obrepit *L, VL*.

^{dk} *Brak w L, VL*.

^{dl} nuntius *B. Czart*.

^{dm-dm} Convencione Generali Petricovien. *VL*; ...pyotrhouiensi *L*.

^{dn} sancitis *L, VL*.

^{do} dedimusque *L, VL*.

^{dp} nichilominus *B. Czart*.

^{dq} Camerariorum *L, VL*.

non venirent; extunc puniendus puniendique erunt quatuordecim^{dr} marcarum poena, fisco regio irremissibiliter applicanda, vera infirmitate, ^{ds-}negotiis Reipublicae^{-ds} exceptis, si eis impediti ad iudicia venire non possent vel eisdem non interessent.

[37]. [De evocatis ad alienum districtum].

Ad que iudicia sive^{dt} terminos, si aliquis de proprio districtu in alium se evocatum quereretur, extunc evocans decernatur puniendus sex marcarum poena per medium et iudicio et parti evocatae solvenda, et insuper evocatus cum adjudicatione poenae ad proprium remittatur districtum.

[38]. [De notarii et camerariorum in absentia iudicis auctoritate].

Terminos vero ac^{du} eorum iudicia statuimus in terris et districtibus singulis sic, ut consueverunt teneri celebrarique. At ubi pro aliqua vice celebrari non possent, pro qua celebranda erant, nihilominus^{dv} pro eisdem die et loco, pro et^{dw} in quibus iudicia esse consueverint, volumus et decernimus, ut ^{dx-}toties quoties^{-dx} iudicia celebranda erant, adminus notarius terrestris sub^{dy} eadem poena per eum si secus fecerit solvenda, quam ad iudicem et subiudicem absentes constituimus, una cum camerariis, si ceteri officiales venire non possent, constituatur cum libris iudiciorum, coram quibus notario et camerariis homines ad librum venientes inscriptiones facient in libro, aut ^{dz-}describent prout cuique^{-dz} inscribendi vel describendi necessitas incumbet.

[39]. [De locis iudiciorum capitaneorum et quatuor articulis iudicandis].

Item quod tollendum^{ea} nonnullorum capitaneorum abusus: dum videlicet relictis capitaneatum locis consuetis in quibus iudicia exercere consueverunt: nonnunquam tribunalia iudiciorum suorum in locis officio ipsorum alienis constituunt, decrevimus et statuimus, ut ipsi capitanei terrarum ac districtuum non in aliis iudicent locis, quam capitaneatum propriis, alias in quibus iudicia esse consueverunt, articulos tamen quatuor duntaxat in privilegio praeinserto descriptos.

[40]. [De iudiciis capitaneorum quot vicibus celebrabuntur].

Haec autem iudicia celebrabunt in sex septimanis quibus personaliter intersint, et quotiens^{eb} non interessent constituent^{ec} iudicem nobilem possessionatum in eodem capitaneatu domicilium habentem, causasque et iudicia discernere scientem, quod facient^{ed} sub privatione capitaneatus, cui poenae subicientur quotiescunque^{ee} causa quacunque privata impediti iudiciis non interessent, excepto quod propter necessitates aut actiones Reipublicae vel nostras interesse non valerent.

[41]. [De nullitate iudicii capitaneorum].

Et nihilominus si quid ultra articulos quatuor aut in aliis temporibus et locis inconsuetis iudicarent, id irritum et inane esse volumus et decernimus.

[42]. [De inscriptionibus castrensibus ad terrestrem librum transferendis].

In quorum libris et iudiciis si quae inscribentur inscriptiones aut ex casu^{ef} aut necessitate huiusmodi^{eg} in^{eh} illae ad librum terrestrem transferantur ante anni decursum unius, quo decurso^{ei} nullius roboris censeantur esse in libro castrense sine translatione relictas.

^{dr} quatuordecem *L, VL*.

^{ds-ds} et Reipublicae negotiis *L, VL*.

^{dt} seu *L, VL*.

^{du} ad *L, VL*.

^{dv} nihilominus *B. Czart.* dw prout *L, VL*.

^{dx-dx} totiens quotiens *B. Czart.*

^{dy} personaliter sub *L, VL*.

^{dz-dz} describant prout cuilibet *L, VL*.

^{ea} ad tollendum *L, VL*;

^{ad} tollendos *MKI*.

^{eb} quoties *L, VL*.

^{ec} constituent *L, VL*.

^{ed} faciant *L, VL*.

^{ee} quotiescunque *L; VL*.

^{ef} causa *L, VL*.

^{eg} hoi *B. Czart.*; hominum *MKI*.

^{eh} *Brak w L, VL*.

^{ei} decursu *L, VL*.

[43]. [De liberis navigationibus et fluminibus ex nomine liberis].

Item approbantes constitutionem paternam super navigatione fluviorum sancitam, decrevimus eius statutum praesenti nostro super fluitationibus innovandum, sic videlicet quod et si flumina Regni nostri, videlicet Wyssla^{ek}, [D]niepr^{el}, Styr, Narew, Wartha^{em}, Dunayecz^{en}, Wysloka^{eo}, Bug, Wyeprz^{ep}, Thyszymenycza^{eq}, San^{er}, Nyda, Proszna^{es}, Notesch^{et} et alia in Regno nostro existentia, cum alveis eorum nostra fuerint non possitque quispiam illa iure privato vendicare, tamen cum ut a nuntiis terrarum accepimus per nonnullos, multo pluri^{eu} aestimantes capturam piscium quam bonum^{ev} publicum et abundantiam rerum necessariorum^{ew}, subditos nostros quorum bona supra rippas^{ex} fluviorum situantur praedictorum adeo fuerint clausa obstaculis multis et saepibus, ut mercatores navigantes illa fluitare non possent; idcirco ad tollendum errorem et impedimenta circa fluitationes fluviorum praedictorum liberas committi solitum atque solita supplicibus subditorum omnium petitis satisfaciendes, statuto praesenti decrevimus et decernimus, fluitationes et navigationes in fluviis praescriptis, et in ceteris aliis Regni nostri alveisque eorum sursum et infra, cum rebus quibuscunque venalibus cuiuscunque generis, speciei, differentiae et materiei^{ey} fuerint, quo[modo]cunque nominatis et^{ez} nominandis navigantibus navigaturisque, ipsa quoque flumina et alveos debere esse liberas^{fa}, libera atque liberos omnes et singulos homines cuiuscunque conditionis existentes iisdem^{fb} fluminibus ascensum aut^{fc} descensum facientes cum rebus eorum universis praedictis. Prohibentes^{fd} praesenti decreto nostro occasione quavis, et specialiter^{fe} ruptionis obstaculorum, ad solutiones aut teloneorum, aut ^{ff}-dampni cogendos^{ff}, praesertim cum non saepibus, sed retibus piscandum sit ut tenet usus; ubi autem quempiam habendi obstaculi delectat utilitas, in et de illo latiora ^{fg}-solito hostia^{fg} constituat, per que pateat tuitius^{fh} et liberius navigium navigare volentibus. Cuius nostrae constitutionis, si quispiam temerarius violator fuerit, aut de navigantibus solutiones aliquas colore, arte aut ingenio quocunque exigerit^{fi}, eas iubemus et decernemus^{fj} integre restitui, transgressorumque qualibet^{fk} excusatione et dilatione cessante coram loci capitaneo [k. 3 r.] conventum poena *sedm nadzesta*^{fl}, per eum ipsum capitaneum puniri. Quem constitutionem etiam in nostra obstacula volumus extendi, et ab illis primum executionem eius inchoari, ut inde validior, videatur esse, iussioque constringat et principem.

[44]. [De fluviis ad navigandum aperiendis praesertim circa Thorunium].

Et quia frustra esset iura condere que non essent executioni demandata, i[d]circo promittimus statutum praesens nostrum exnunc promovere, ad effectum celerius consequendum, et efficere auctoritate nostra: ut fluvii purgentur, et illis regnicolae nostri libere fluitabunt.

[45]. [De Thorunensi impedimento in navigatione].

Quodque Thorunenses non impedian, neque arrestent aut retineant navigantes, illisque, violentias ullas facere non praesumant a quibus eos tueri pollicemur, sic ut Gedanum quisque libere atque secure fluitet: per Thorunenses minime prohibitus aut prohibendus.

[46]. [De kmethonum missione].

Item de missione kmethonum pro qua diversi diversimode et quisque pro suae terrae consuetudine optabat per nos diffiniri, volumus et decernimus consuetudines super mittendis eis observatas non esse immutandas, sed observandas ubique.

^{ek} Wyssla *MKI*; Uisla *L*; Wisla *VL*.

^{el} Nyepr *MKI*, *L*.

^{em} Uartha *L*.

^{en} Dunajec *VL*.

^{eo} Wyssloka *MKI*; Uisloka *L*.

^{ep} Uyeprz *L*.

^{eq} Tysmyenicz *L*; Tyśmienica *VL*.

^{er} Say, Drwanca, Orda *L*, *VL*.

^{es} Prosnia *L*.

^{et} Notesch *MKI*; Notesz *L*, *VL*.

^{eu} pluris *L*, *VL*.

^{ev} usum *L*, *VL*.

^{ew} necessariorum *L*, *VL*.

^{ex} rippas *L*, *VL*.

^{ey} maneriei *MKI*, *L*.

^{ez} vel *L*, *VL*.

^{fa} Brak w *L*, *VL*.

^{fb} eisdem *L*, *VL*.

^{fc} autque *B. Czart*.

^{fd} prohibentes *B. Czart*.

^{fe} praesertim *L*, *VL*.

^{ff-fi} dampni cogendas *L*, *VL*.

^{fg-fg} ostia solito *L*, *VL*.

^{fh} tutius *L*, *VL*.

^{fi} exegerit *L*, *VL*.

^{fj} decernimus *L*, *VL*.

^{fk} quemlibet *VL*.

^{fl} syedmiadzesta *MKI*; syedmadzyeszcz *L*; siedm nadzista *VL*.

[47]. [De fugitivis kmethonibus].

Pro fugitivis tamen tametsi videatur satis superque diffinitum in statuto Magni Kazimiri^{fm} quod teneri decernimus, tamen quia non videtur quidquam descriptum esse qualiter in citando procedendum esset^{fn}. I[d]circo statuimus ut pro kmethonibus fugientibus a die date p[raesen]tium in futurum citentur, qui citandi sunt ad iudicia terrarum; in quibus iudiciis terrestribus in primo termino, tanquam peremptorio comparere et respondere citati tenebuntur. Et si termini non celebrarentur, tunc cum terminus ipse penderet partibus nihilominus non obstante absentia iudicis, subiudicis et aliorum dignitariorum, officialiumque iudiciis praesidere solitorum, notarius et camerarii qui interessent positioni libri, fugitivi iudicium iudicabunt sententiabuntque.

[48]. [De auctoritate notarii et camerariorum absente iudice].

Eandem auctoritatem in absentia iudicis et subiudicis habituri in causis, citationumque terminis, pro bonorum exemptionibus praefixis, sic ut reempturus bona pecunias coram notario et camerariis reponat, quam notarius ipse cum camerariis decernat recipiendam et exemptionem faciendam, quorum decreto si fortasse reniteretur exemendus, et de obligatione cedere nolle; nihilominus^{fo} ipsi cum libro iudicio praesidentes pecuniis iuxta tenorem obligationis receptis ad cancellariamque terrestrem repositis, decernant exemptionem factam, ita quoque exementi^{fp} possessionem assignandam, eamque iuxta formam iuris assignabunt parti pecunias reponenti.

[49]. [De filiis kmethonum].

Item providentes licentiositati tam adolescentum plebeorum^{fq} quam desertationi bonorum, cum adolescentibus de villis a propriis parentibus exeuntibus villae deserantur propter defectum laboratorum in agris locandorum, et insuper aliqui sub colore artificiorum descendorum a patribus euntes, ad stipendia et societates malas se conferunt, sic quoque furantur, praedantur et in moribus depravantur. Statuimus quod tantummodo unus filius de villa a parte recedere possit ad servicia, et praesertim ad studia aut litterarum aut artificiorum, reliqui maneant in haereditario cum patribus. Cum vero recessurus esset^{fr}, licentiam et litteras testimoniales a dominis locorum recipiat^{fs}, cum quibus tanquam emancipatus iret^{ft} ad artificia et servitia. Istud quoque statutum decernimus ad bona mensae nostrae regalis ac spiritualium et saecularium personarum nullis exceptis, sic quod capitanei tenutarii que bonorum nostrorum licentiam et litteras testimoniales dent recedenti, in aliis vero bonis domini locorum istud faciant^{fu}. Et si unicus fuerit, ille in haereditate maneat et laboret in domo cum parentibus, vel in eadem haereditate quam parentes incolunt, aut domicilium, aut servitium, aut victum acquirat. Quod si aliquis adolescens villanus, praeter istud decretum fugiens repertus fuerit, sive in civitatibus et oppidis sive alibi ubicunque, ille domino loci illius a quo fugit, sine iuris strepitu restituatur, sub poena quatuordecim marcarum, et nihilominus^{fv} illi qui eum retinuerint, poena ^{fw-}totiens quotiens^{fw} secus fecerint soluta, ad restitutionem sint astricti.

[50]. [De laicis dietim, horatim aut septimanatim, non annuatim, servientibus in civitatibus].

Item quoniam propter laicos propria domicilia non habentes, qui septimanatim servire, et salaria^{fx} septimanalia habere consueverunt, fit defectus servitorum in villis et praediis bonorum tam nostris regiis^{fy} quam spiritualium et saecularium personarum, quique in civitatibus et oppidis foveantur inconsiderate non advertendo, quibus officiis victum quaerant, qui exinde certis temporibus praedatum, certis vero temporibus servitum exeunt, in villis messis tempore salaria^{fz} exigentes gravia. Statuimus, ut sub poenis quatuordecim marcarum ^{ga-}totiens quotiens^{ga} secus factum esset solvendis, cives et op[p]idani nostri et quorumlibet subditorum nostrorum cuiuscunque status et conditionis existentium, non foveant in civitatibus et op[p]idis homines

^{fm} Casimiri *L, VL*.

^{fn} *W B. Czart. następuje tu znak: §.*

^{fo} nihilominus *B. Czart.*

^{fp} exempti *L, VL*.

^{fq} plebejorum *L, VL*.

^{fr} est *VL*.

^{fs} accipiat *L, VL*.

^{ft} eat *VL*.

^{fu} faciant *L, VL*.

^{fv} nihilominus *B. Czart.*

^{fw-fw} toties quoties *L, VL*.

^{fx} solaria *B. Czart.*

^{fy} Majestatis Regiae *L, VL*.

^{fz} solaria *B. Czart.*

^{ga-ga} toties quoties *L, VL*.

tales, qui ad annum integrum servitium non habent, aut officium aliquot non gerent, de quo victum colligerent, et similiter illos qui absque lit[t]eris testimonialibus a dominis locorum recipiendis, illuc se conferent^{gb}. Et licet officia quaedam sint inter illos que ipsi cives pro eorum victu habere gerereque consueverunt per labores et suffragia septimanalium servitorum, pro illis septimanalibus servitiis inquilini domorum assumantur, per quod^{gc} suppleantur defectus apud illos, qui non diutius quam pro certis diebus servitores conveniunt.

[51]. [De kmethonum debitis apud cives contractis].

Item propter deordinationem kmethonum, dum videlicet tanquam nulla lege astricti^{gd} quidam eorum in superbias efferuntur, pretiosos vestiuntur, expensasque sumptuosas et alia faciunt, que illorum conditioni minime conveniunt, sicque debita inter cives contrahunt excedentia bona kmethonalia, pro quibus tandem debitis cives consueverunt kmethones in civitatibus et op[p]idis arrestare, detinere aut citare iure illo omisso^{ge}, ad quod kmetho pertinet domicilii ratione, statuimus ad praecludendam debitorum kmethonaliū viam: ut cives pro debitis quibilibet quacunque ratione contractis, etiam in libro civili inscriptis vel non inscriptis kmethones citare, arrestare, detinereque non debeant neque possint in civitatibus et op[p]idis praedictis, sed pro eisdem decernimus kmethonem in iure haereditatis, quam incolit conveniendum iuxta formam iuris. Et si dominus loci iustitiam ministrare differret, essetque occasio civi contra dominum pro iustitia conquerendi; tunc civis dominum loci conveniat pro iustitia iure, ad quod dominus loci illius haereditatis ratione videbitur pertinere. Sub poena sex marcarum in cive satisfaciēte^{gf} exigenda, pro qua cives ad loci capitaneos citabuntur, per medium et parti et iudicio solvenda atque iure terrestri repetenda et nihilominus^{gg} civis ad dampnorum^{gh} solutionem et rerum cum kmethone receptorum^{gi} restitutionem villae illius domino unde kmetho fuerit sit iure praesentis constitutionis obligatus, in quo casu locorum capitanei habeant facultatem iudicandi, non obstante, quod in praeinserto privilegio quatuor duntaxat articulos sunt cognituri.

[52]. [De libertate nobilium in theloneis].

Item licet nobiles per olim^{gj} praedecessores^{gk} Reges Poloniae et eorum privilegia atque statuta liberati fuerint, ut thelonea^{gl} vel de sale, ^{gm}vel rebus aliis in domus^{gm} aut de domibus eorum ductis non essent soluturi, sub poenis certis contra theloneatores^{gn} statutis [k. 3 v.] atque in privilegiis descriptis quia tamen inolevit praedudicialis consuetudo, ut theloneatores^{go} praemissis non attentis, thelonea^{gp} de nobilibus exigere non verentur, contra quos pro poenis non diffinitum erat, qualiter nobis theloneis^{gq} gravatus iniuriatusque acturus esset^{gr}. I[d]circo extendentes libertates in hac parte nobilium statuimus, ut tam de sale, quam rebus aliis cuiuscunque generis fuerint vel de domibus^{gs} aut in domus^{gt} nobilium ductis ubique in Regno nostro thelonea^{gu} minime exigantur. Alioquin theloneatores^{gv} secus facientes, tam pro poena in privilegiis prioribus descripta, quam pro dampnis^{gw} nobili in hac parte illatis iure terrestri ad quod pertinent ratione possessionum, quas videbuntur obtinere possidereque, quoties^{gx} necessitas exposcet conveniantur. Ipsi vero si impossessionati^{gy} fuerint personaliter citabuntur et citati in iure eadem^{gz} terrestri comparere respondereque tenebuntur, contra quos sic agendum procedendumque erit ut fieri consuevit iudicium cum impossessionato^{ha}, obtentis tandem perlucris illa capitanei locorum exequantur iuxta iuris formam et antiquam consuetudinem, libertatibus et exemptionibus theloneatoribus^{hb} dari consuetis minime eos aut excipientibus aut tutantibus^{hc}, in praemissis.

^{gb} conferrent *MKI*; conferant *L*, *VL*.

^{gc} quos *L*, *VL*.

^{gd} adstricti *L*, *VL*.

^{ge} ommisso

B.

Czart.

^{gf} secus faciente *VL*.

^{gg} nichilominus *B*. *Czart.* ^{gh} dampnorum *L*, *VL*.

^{gi} receptorum *L*, *VL*.

^{gj} alios *L*, *VL*.

^{gk} *L*, *VL* *dodajq*: nostros. ^{gl} thelonea *B*. *Czart.*

^{gm-gm} vel de rebus omnibus in domos *L*, *VL*.

^{gn, go} theleonatores *B*. *Czart.*

^{gp} thelonea *B*. *Czart.*

^{gq} theloneis *B*. *Czart.*

^{gr} *W B. Czart. następuje tu znak: §.*

^{gs} *Słów*: vel de domibus *brak* w *L*. *VL*.

^{gt} domos *L*, *VL*.

^{gu} thelonea *B*. *Czart.*

^{gv} theloneatores *B*. *Czart.*

^{gw} dampnis *L*, *VL*.

^{gx} quoties *L*, *VL*.

^{gy} possessionati *L*, *VL*.

^{gz} eodem *L*, *VL*.

^{ha} impossessionatis *L*, *VL*.

^{hb} theloneatoribus *B*. *Czart.*

^{hc} tutantibusque *MKI*.

[53]. [De salvo conductu his, qui de Regno fugiunt dando].

Item quoniam contingit saepius regnicolis casu contingente^{hd}, alias propter insecuritym vitae, extra Regnum necessario egredi, i[d]circo ne dignitas regia per iniustitiae culpam profanetur, volumus, statuimus et decernimus ut regnicolis nobilibus, vel plebeis cuiuscunque status et conditionis existentibus, sexus utriusque, in securitate personae, casu quocunque eis contingente et istud exigente, extra Regnum se conferentibus salvus conductus, et affidatio per nos et successores nostros dari debeat petentibus, ut sub libertate publica, vel se expurgarent^{he} vel iustitiam peterant^{hf}, eamque ex se redderent^{hg} accusati.

[54]. [De plebeis ad maiores ecclesias non recipiendis; de non reservandis beneficiis et de pensionibus prohibitis].

Item quamvis per divos olim Reges Poloniae praedecessores nostros, ex antiquo fuerit constitutum et aliquanto tempore inviolabiliter observatum, ut propter defensionem ecclesiarum ac bonorum ecclesiasticorum in principalibus, videlicet Gneznensi, Cracoviensi, Wladislaviensi, Poznaniensi et Plocensi ecclesiis non susciperentur, prout non suscipiebantur, ad dignitates personatus et officia ac canonicatus et praebendas ignobiles plebeaeque personae, quae ad defensiones ecclesiarum in Regno nostro per necessarias, praesertim propter homines licentiosos et crebras expeditiones bellicas, parum aut ni[hi]l prodesse possunt ecclesiis, sed duntaxat recipiendi erant barones generosi et nobiles, e quibus prompta et facilis ecclesiarum^{hh} defensio esset. Tamen cum per dissimulationem quandam, in observando statuto et privilegio veteri habitam quam plures ignobiles ac ecclesias praedictas, his temporibus sumerentur, ita quoque ecclesiarum bona cernerentur omni defensione destituta, exindeque magna in parte vastata et destructa esse, et in nonnullis locis, adeo annihilata^{hi}, ut non extant^{hj} domus in possessionibus ecclesiae, habitatoribus commodae, ignobilibus illa minime defendentibus. Simul etiam animadvertentes gravissima nedum cleri, verum etiam Regni nostri ac Reipublicae incommoda, quae ex reservatione beneficiorum vivente possessore nuper adinventae, ac etiam ex pensionibus personis extra Regnum nostrum Poloniae genitis et habitantibus, ut quotidianis experimur effectibus evenire consueverunt, per quas cultus divinus minuitur, defensio ecclesiasticae libertatis adimitur, et abstrahitur, facultas personis idoneis Reipublicae Christianae^{hk} Regnique nostri^{hk} prodesse volentibus, scandalaque exinde a clero in plebem Nobis subiectam oriuntur. Pro tanto Nos indemnitati^{hl} non minus Reipublicae quam ecclesiarum Regni nostri in hac parte providere^{hm} ut tenemur^{hm} cupientes statuimus, ut in singulis capitulis ecclesiarum suprascriptarum, ad dignitates, personatus et officia ac canonicatus et praebendas recipiantur personae tantummodo Regni Poloniae indigenae nobiles ex utroque parente, quorum nobilitatem sic constaret probabilem esse, uti in iure Regni nostri communi, nobilitas irreprehensibilis probari consuevit.

[55]. [De numero plebeorum ad ecclesias recipiendorum].

Verum ne quid in ea re actum videretur esse in odium plebeorum, quorum conditio perinde ac^{hn} consuevit praerogativis gaudet specialibus in Regno nostro: i[d]circo tametsi nobilium nati videantur aequae docti esse^{ho} et plerumque doctores plebeorum natis, non fueritque capitulum quod doctos et^{hp} doctissimos praelatos et canonicos nobiles haud contineret non minus necessitati quam etiam honori et decori ecclesiarum sufficientes, consulereque scientes atque solitos; tamen ultra eosdem doctores natorum nobilium in capitulis existentium, decernimus admittendos plebei generis doctores numero et ordine infrascriptis: videlicet quod in ecclesiis praedictis in quibus habentur doctores aut lectores iuris ac theologiae ex antiquo sive etiam noviter fundati, aut ubi habendi sunt per novam foundationem fiendam, ad eos fundatos^{hq}, unus in theologiae, unus in iuris canonici et unus in medicinae facultatibus sint^{hr} promoti. In eisdem vero

^{hd} contingenti VL.

^{he} expurgent L, VL.

^{hf} petent L, VL.

^{hg} reddent X, VL.

^{hh} Wyras wpisany na marginesie B. Czart., prawdopodobnie inną ręką.

^{hi} annihilata B. Czart.

^{hj} exstant X.

^{hk-hk} Regnoque nostro X, VL.

^{hl} indemnitati X, VL.

^{hm-hm} W L i VL ujęto w nawias słowa: uti tenemur.

^{hn} W L, VL: ac ut.

^{ho} Brak w L, VL.

^{hp} ac L, VL.

^{hq} datos L, VL.

^{hr} Brak w B. Czart., L.

ecclesiis ubi non habentur fundati doctores praedicti, decernimus non plures quam duos in theologiae, duos in iuris canonici et quintum in medicinae facultatibus promotos. Qui tamen non aliter suscipiantur per capitula quam quos locorum^{hs} ordinari^{ht} idoneos et in facultatibus ipsis doctoratu dignos approbaverint, ac ut tales censuerint sub eodem numero recipiendos. Quodque nullus subditorum nostrorum aut alius undecunque^{hu} fuerit, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis et praeeminentiae existat, ac quacunque praefulgeat dignitate, beneficium ecclesiasticum quodcunque Regni nostri Poloniae, vel per impetratum in vita possessoris reservationem nuperrime adinventam, vel sub aliqua pensione annua, etiam si tale beneficium sibi motu proprio et ex certa scientia daretur aut provideretur, acceptare seu sibi de eodem sub ipsa pensione vel alias ex cessione iuris, aut resignatione cuiuscunque extraneae personae, quae fortasse possessionem beneficii ipsius non habebat^{hv}, ut sub eo pallio pensiones ipse celarentur provideri facere, vel procurare audeat aut praesumat. Sin autem aliquid aut aliqui plebeorum in contrarium praesentis et antiqui privilegii et consuetudinis Regni Poloniae, beneficia in ecclesiis et capitulis praedictis acceptare, aut a^{hw} se recipi procurare, praeterque praesumpserint^{hx}. Demum etiam si aliquis subditorum nostrorum aut undecunque fuerit, cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis et praeeminentiae existens beneficium vel beneficia ecclesiastica in Regno nostro: vel per viam reservationis praedictae in vita, vel sub pensione et horum meminimus acceptaverit, et similiter si quispiam beneficia iuris patronatus nostri Regi^{hy}, aut subditorum nostrorum in praeiudicium et derogationem^{hz} iuris patronatus nostri et subditorum^{ia} nostrorum eorundem^{ia} ex causa quacunque impetraverit; statuimus, decernimus et mandamus, omni bonorum suorum communium et privatorum, mobilium et immobilium, saecularium errario^{ib} communi^{ic} seu fisco vel mensae nostrae applicandorum privatione, ecclesiasticorum vero arresto, confiscatione et extra Regnum nostrum bannitione immediate [k. 4 r.] puniendos. Verum ne quispiam constitutionibus et ordinationibus praesentibus nostris per media aliarum personarum contravenire tentaret, statuimus et decernimus simili mulctae^{id} seu poenae^{ie} subiaccere et esse puniendos, omnes et singulos praelatos spirituales et saeculares ac capitula, canonicos, plebanos, vicarios, beneficiatos quoscunque et presbyteros^{if} omnium ecclesiarum, necnon tabelliones et notarios Regni nostri Poloniae et alios undecunque existentes, qui litteras quascunque suprascriptis ordinationibus nostris contrarias personis extraneis, sive indigenis et aliis quibusvis, cuiuscunque status, gradus, conditionis et praeeminentiae existant et quascunque praefulgeant dignitate ignobilium provisiones, praedictas quoque in vita reservationes cum pensionibus, provisiones et processus desuper fortasse obtentos, ^{ig}-afferrent, portent^{ig} et publicarent palam aut privatim vel qui pensiones huiusmodi celando illas summariae pecuniis redimerent et praedictas cessiones seu resignationes susciperent vel acceptarent seu qui monitoria, censuras, privationes et sequestra ob non solutionem pensionum etiam motu proprio impositarum in se continentes^{ih}, quarumqueⁱⁱ auctoritate datis vel concessis, admitterent aut exequerentur^{ij}, vel ea et eas admitti, exequi, prosequi, foveri vel promoveri, procurare praesumerent vel auderent, seu aliquis eorum praesumeret vel auderet, mandantes praesentium per tenorem atque decreti praesentis publicitus promulgati vigore, constitutiones, ordinationes et decreta praesentia ab omnibus praelatis, capitulis et universo clero Regni nostri Poloniae inconcusse teneri, observari, easque in ecclesiis publicari suprascriptis, tandem earum et eorum vel originalia vel transsumpta in capitulis haberi, ne de praemissis quispiam ignorantiam allegaret in futurum.

[56]. [De sale forensi et advectitio statutum innovatum].

Item licet genitor noster statuerit certi tenore privilegii, super sal forense scripti, quod terris infertur quibus non esset inferendum, qualiter videlicet arestandum, qualiterque in arestatione

^{hs} loci *L*, *VL*.

^{ht} *W B. Czart. pisarz napisal: dinary, potem dopisal or na interlinii.*

^{hu} undecumque *B. Czart.*

^{hv} habeat *X*, *VL*.

^{hw} *Brak w X.*

^{hx} praesumpserint *X*, *VL*.

^{hy} Regni *MKI*.

^{hz} derogatus *X*, *VL*.

^{ia-ia} eorundem nostrorum *L*, *VL*.

^{ib} aerario *L*, *VL*.

^{ic} *Brak w L*, *VL*.

^{id} mulctae *B. Czart.*

^{ie} *W L*, *VL brak słów: seu poenae.*

^{if} presbros *B. Czart.*

^{ig-ig} portent, afferrent *X*, *VL*.

^{ih} consentes *MKI*.

^{ij} quacunque *MKI*.

ⁱⁱ exequerentur *L*, *VL*.

agendum esset, tamen cum modernis temporibus officiales excedere viderentur limites sui officii ac constitutionis et privilegii illius, non nihil^{ik} committentes temere et iniuriose etiam contra tenorem privilegii, i[d]circo statutum illud tanquam officiosum, et rationabile his nostris de verbo ad verbum decernimus necessario inserendum, sic videlicet. Quia considerantes thesaurum Regni nostri communem in zuppis Cracoviensibus, continue^{il} decrescere et minui, propter salis forensis^{im} et adventicii in Regnum nostrum, et praesertim in partes Maioris Poloniae licentiosam introductionemⁱⁿ, quod incolis illarum partium passim et libere praeter veterem ordinationem ad usum eorum communem propinabatur, in detrimentum Reipublicae et zupparum Wyeliciensis^{io} et Bochnensis destructionem. Igitur cum consilio communi consiliariorum omnium nostrorum et infrascriptam devenimus sententiam et ordinationem, ut sal Regni^{ip}. Wyeliciensis^{iq} et Bochnensis zupparum, per omnes Regni nostri incolas, cuiuscunque status existant, edatur et propinetur. Nec^{ir} quispiam extraneum sal in domo vel haereditate sua audeat habere, comedere vel conservare sub poena quatuordecim marcarum, ^{is-}totiens quotiens^{is} repertum fuerit irremissibiliter persolvenda, terras duntaxat Russiae ^{it-}ubi sal proprium est^{it} ab hac obligatione et statuto volumus esse exceptas. Quae quidem poenae per capitaneos locorum pignoratione mediante exigantur more consueto usque ad intromissionem in ea bona, in quibus sal forense repertum esset, quae intromissio teneri debet usque ad integram satisfactionem poenarum et dampnorum^{iu}. Quod si apud quemcunque nobilem spiritualement vel saecularem, cuiuscunque status et conditionis existentem^{iv}, quotienscunque^{iw} praefatum sal prohibitum in domo vel in curia repertum fuerit, ille totiens^{ix} irremissibiliter dicta poena regali quatuordecim^{iy} marcarum puniatur, et ad solutionem eius modo quo supra compellatur. Si vero apud kmethonem inventum fuerit, ^{iz-}totiens quotiens^{iz} id fecerit, idem kmetho parti poena puniatur, ubi vero mediante pignoratione poenam solvere non curaverit, extunc heredis contradictione non obstante qui^{ia} taliter ^{jb-}suos subditos^{jb} tenere debet^{ic}, et non sint poenales^{id} bona dicti kmethonis per capitaneum poterint et debent confiscari ad poenae valorem existimanda, residuum vero quod superesset, in bonis relinquatur pro kmethone, ubi vero bona kmethonis non sufficerunt pro poena solvenda, extunc idem kmetho debet mancipari, et vinculis detineri; usque ad debitam poenae exolutionem. Casu vero quo in civitatibus vel op[p]idis, apud quascunque personas sal tale compertum fuerit habitum comestum vel propinatum et conservatum, consules dictarum civitatum et op[p]idorum^{ie} in simili quatuordecim^{if} marcarum poena puniantur, quae civitates et op[p]ida cum eorum incolis eum inter se ordinem servant, ut extraneum sal in detrimentum Reipublicae Regni nostri^{ig} apud eos non habeatur, propinetur vel conservetur clam vel aperte. Quapropter Nos Johannes Albertus^{ih} decernimus, ut eo ipso ordine decreti paterni statutum de sale observetur aeviternae, et si illi qui ad reperiendum^{ji} alias arrestandum sal pro tempore deputantur, aliter in reperiendo^{jj} arrestandoque sale, et transgressores puniendo processerint, extunc decernimus secus facientes poena quatuordecim^{ik} marcarum puniendos, pro qua coram palatino terrae locique illius comparere, respondere^{jl} et iuxta decretum eius, illam palatino solvere debeant, more terrestris iuris exigendum; et si impossessionati forent, habebit, et habeat palatinus ipse facultatem eos captivandi, detinendique tanquam iuris aequitatisque communis violatores, non mittendo eosdem, donec aut poenam illam solverint, aut cautionem pro^{jm} se dederint ad solvendum.

[57], [De floreni valore].

Item cum cerneremus varietates committi multas in valore auri florenorum, cum quilibet prout cuique^{jn} libet illos pro privato existimat^{jo} iudicio, interdum minorem, interdum maiorem

^{ik} nichil B. Czart.

^{il} continuo L, VL.

^{im} foramen VL.

ⁱⁿ introductionem B. Czart.

^{io} Wieliciensis L, VL.

^{ip} Brak w L, VL.

^{iq} Wielicien. L, VL.

^{ir} Ne L, VL.

^{is-is} toties quoties L, VL.

^{it-it} W L i VL słowa ujęte w nawias.

^{iu} damnorum L, VL.

^{iv} L, VL: fuerit.

^{iw} quotiescunque L, VL.

^{ix} toties L, VL.

^{iy} quatuordecem L, VL.

^{iz-iz} toties quoties L, VL.

^{ja} W L i VL otwarto tu nawias.

^{jb-jb} subditos suos L, VL.

^{jc} debent L, VL.

^{jd} W L i VL zamknięto tu nawias.

^{je} Słów: et oppidorum brak w L, VL.

^{jf} quatuordecem L, VL.

^{ig} Brak tego wyrazu w MKI.

^{jh} L, VL dodają: Rex.

^{ji} recipiendum L, VL.

^{jo} extimat B. Czart.

^{jj} repetiendo VL.

^{jk} quatuordecem L, VL.

^{jl} respondereque L, VL.

^{jm} per VL.

^{jn} unicuique L, VL.

existimando^{jP}, quod fit non absque Reipublicae incommodo; itaque ordinare cupientes ne in futurum pro et super valore ipso florenorum errores committantur, statuimus et decernimus, ut in Regno nostro ubique valor floreni certus, videlicet mediae sexagenae habeatur, observeturque aeviterne, poenam constituentes^{jQ} triginta florenorum ungaricalium^{jR} ab illis, qui per alium valorem aut ^{jS}emere aut vendere^{jS} florenos viderentur, per locorum capitaneos irremissibiliter sub privatione capitaneatum exigendam, nostro inferendam arrario^{jT}, pro auro argentoque ad monetariam nostram comparandis.

[58]. [De laicis messis tempore exire de Regno prohibitis].

Quoniam quam plures laici et mulieres de terris Mazoviae^{jU} et aliis terris Regni Poloniae, S[i]lesiam et Prussiam messis tempore se transferre consueverunt^{jV}, quo fit ut in terris Poloniae laborantes et servitores haberi non possunt^{jW} faciliter, itaque statuimus: ut omnes tales de terris Poloniae et Mazoviae extra Regnum laboratum euntes per capitaneos tenentarios atque nobiles, et locorum dominos officialesque singulos^{jX} retineantur, retentique laboribus regnicolarum applicentur.

[59]. [Kmethones quot annuatim de villa mittendi].

Item innitendo constitutioni Magni Kazimiri^{jY} Regis praedecessoris nostri statuimus, ut quemadmodum ex consuetudine fieri consuevit, sic etiam perpetuo observetur, quod non plures, quam unus kmetho annis singulis se de ^{jZ}una in aliam villam^{jZ} transferre poterit iure atque licite, ubi vero [k. 4 v.] quispiam kmethonem unum praedictum mittere nollet, in poena succumbet consueta, quae antiquitus in terris singulis in hac parte contra secus facientes decerni consuevit.

[60]. [De laicis seu mendicis mendicatum euntibus].

Item cum viderentur in hoc inclito^{kA} Regno nostro mendicantes laici et feminae in tanta multitudine esse, ut dari non possit Regnum ^{kB}iudicio eorum qui multas orbis partes peragrarunt^{kB} frequentiam continens mendicantium tantam, inter quos plures constat laicos et feminas bonarum virium esse, posseque competenter manuum labore victum querere, dummodo illos et illas lex super id stringeret, non voluntas; ^{kC}per quam seu ut verius loquamur^{kD} desidiam quandam^{kE}, ut primum in eis barbae a mento dependere^{kF} et cani videri^{kG} pili queunt^{kH}, postpositis domiciliis in eleemosinarum^{kI} suffragiis ac impetrationibus residuum vitae ponunt, scandala nonnunquam committentes, nonnunquam vero ubi prece non impetrant dolis obtinent^{kJ}, quapropter instar legum optimarum municipalium in plerisque Christianis dominiis sancitarum^{kK} statuimus, ut in civitatibus, op[p]idis et villis Regni nostri non plures mendici habeantur, quam quot communitates et domini locorum decernant habendos, quibus in locis civitatibus et op[p]idis consulatus pro tempore existens, in villis vero plebani, sub quorum parochiis villae consistunt et locorum domini signa imponent^{kL} sub illis, ad designandum numerum eorum, quos habendos duxerint mendicanturi^{kM}. Qui vero absque signis reperirentur^{kN}, decernimus ad servicia capiendos, aut in manus capitaneorum nostrorum tradendos, a quibus illos pro laboribus castrorum nostrorum Turcis et Tartaris commetaneorum, fossatorumque^{kO} successive recepturis sumus. Poterint tamen et valeant domini locorum his, quos emeritos, ac ad nulla iuris^{kP} officia valentes cognoverint, suas ad peregrinandum illis testimoniales litteras concedere, sub quarum immunitate etiam signa non habentes, admitti debeant ubique eleemosinas petitori.

^{jP} extimando *B. Czart.*

^{jQ} constituendo *VL.*

^{jR} hungaricalium *L, VL.*

^{jS-jS} vendere aut emere *X, VL.*

^{jT} aerario *X, VL.*

^{jU} *W VL tu i poniżej: Masoviae.*

^{jV} consueverint *X, VL.*

^{jW} possint *X, VL.*

^{jX} singulos impune *X; brak singulos VL.*

^{jY} Casimiri *X, VL.*

^{jZ-jZ} una villa in aliam *X, VL.*

^{kA} inclito *X, VL.*

^{kB-kB} *W L i VL słowa te ujęte są w nawias.*

^{kC} *W L i VL otwarty tu nawias.*

^{kD} loquamur per *X, VL.*

^{kE} *Brak tego wyrazu w VL.*

^{kF} dependerent *X, VL.*

^{kG} viderentur *X, VL.*

^{kH} *Brak tego wyrazu w X i VL Odczyt w B. Czart. wątpliwy.*

^{kI} eleemosynarum *X, VL.*

^{kJ} *W X i VL zamknięto tu nawias.*

^{kK} sanctitarum *B. Czart.*

^{kL} imponent *X, VL.*

^{kM} mendicatuos *X, VL.*

^{kN} reperirentur *X, VL.*

^{kO} fossarumque *X, VL.*

^{kP} *J.W. Bandtkie odczytywał: ruris.*

[61]. [De succamerariorum salariis].

Item de salariis camerariorum terrestrium unam atque communem terris omnibus ^{kq}-constituri consuetudinem^{kq} decrevimus et statuimus, ut in omnibus terris Regni nostri succamerarii terrarum una cum camerariis ipsorum non plus quam trium marcarum arram seu notam pro graniciebus limitatis accipiant ubique.

[62]. De salis libera auctura, venditione, item de cistis salis abolitis.

Item crebris moti querelis subditorum nostrorum super caristia salis in terris Maioris Poloniae et Cuyawye^{kr} saepius contingentibus, tametsi certi vectores ad certa loca cum sale minuto ire, illudque in cistis op[p]idorum deponere consueverunt, tamen abolentes cistarum earundem depositoria, statuimus, ut vectores salis ubique sine arrestis et prohibitionibus sale ducto^{ks} eant, illudque vel in cistis deponendo, vel non deponendo; aut in curribus ipsis tenendo, ubi eis videbitur faciendum diebus et horis consuetis iusto pretio in civitatibus. op[p]idis atque villis vendant ementibus ubique, adeo libere ut in nullis locis dekt ponendum cogi possint, salvis tamen foralium solutionibus, poenam certam quatuordecim^{ku} marcarum constituentes ab illis, qui aut vecturam, aut venditionem ipsam prohibere niterentur, per nos nostrosque capitaneos exigendam.

[63]. [De exactione regali seu duorum grossorum, qualiter solvenda sit].

Item statuimus, ut moneta in Regno communis currens, videlicet mediorum grossorum in exactionibus duorum grossorum, quae a nonnullis regalia ac^{kv} *poradlne*, a nonnullis vero *podymne*^{kw} dici consueverunt, recipiatur ubique, quarum^{kx} licet quidditas ipsa nominis significet, atque indicet solutionis consuetudinem, tamen cum intellexissemus in aliquibus locis introduci quasdam privatas consuetudines in exactionibus huiusmodi quae^{kv} fortasse in nonnullis^{kz} locis de laneo per fertonem in aliquibus vero praesertim in Haliciensii terra non absque praeiudicio et gravamine subditorum nostrorum de qualibet agri parte tantum, quantum exactoribus placuit solvebantur^{la}, i[d]circo tametsi certis praedecessorum nostrorum privilegiis ac eorum et Regni statutis et consuetudinibus constitutum approbatumque fuerit, quod per duos grossos debeant solvi, tamen nos specialiter propter succrescentes eos errores perimendos statuimus, quod exactiones ipse duorum grossorum non confuse vel de domibus vel de agri partibus, sed de quolibet agri laneo seu manso integro per duos grossos moneta nostra regia in Regno nostro^{lb} communiter recipi solita, sicque et non aliter solvi debeant in aevum in omnibus terris, districtibus et locis terrarum nostrarum.

[64]. [De libertatibus per exactores tenendis].

Item in exigendis ceteris exactionibus antiquis, aut pro tempore laudatis, volumus et statuimus exactores, adeo rationabiles atque discretos esse, ut de hominibus causa quacunque praecedente a censibus annuis liberatis, interim donec libertas non videbitur expirata esse, exactiones^{lc} ipsas laudatas, laudandasque exigere non praesumant neque possint.

[65]. [De libertate nobilibus et spiritualibus a teloneis et foralibus concessa. Item de indulto liquorum quorumlibet in villis propinandorum].

Item fit fortasse saepius quod capitanei locorum, aut quia advenae aut quia novitti^{ld} vel impossessionati existentes tanquam iurium et consuetudinum localium ignari novas introducunt consuetudines, introitus statuentes et exigentes inconsuetos, et in nonnullis capitaneatibus stringentes subditos nostros spirituales, saecularesque ad recipiendas in domos et tabernas cerevias^{le} op[p]idorum nostrorum in capitaneatibus consistentium, quo plurimum arctari^{lf} videtur

^{kq-kq} constitutionem faciendam *L*, *VL*.

^{kr} Cujaviae *VL*.

^{ks} deducto *VL*.

^{kt} ad *L*, *VL*.

^{ku} quatuordecem *MKI*.

^{kv} *W MKI* słowa: regalia ac *dopisano na marginesie*.

^{kw} *podimne L*.

^{kx} quorum *L*, *VL*.

^{ky} quod *L*, *VL*.

^{kz} aliquibus *L*, *VL*.

^{la} recipiebatur et solvebatur *L*, *VL*.

^{lb} *Brak w L*, *VL*.

^{lc} actiones *L*, *VL*.

^{ld} niuity *B. Czart*.

^{le} ceruicias *B. Czart*.

^{lf} artari *B. Czart*.

libertas communis, unde necessario statuimus quod ubilibet locarum nova et inconsueta telonea foraliaque per capitaneos aliosque dignitarios et officiales nostros a subditis nostris cuiuscunque status et conditionis existentibus, praesertim vero a nobilibus ad fora non propter mercaturam, sed in privatis actionibus venientibus, ac etiam kmethonibus pecora et pecudes res quoque alias privatas cuiuslibet generis domestica cura et labore^{lg} comparatas, ducentibus, venditionibusque aut pro usu domestico ementibus exigi non debeant, prout praesenti statuto exigenda prohibemus. Et abusum illum quo ad recipiendas in villas de civitatibus et op[p]idis nostris cerevisias^{lh}, spirituales et saeculares subditi nostri, specialiter in ^{li}Radzeoviensi, Brestensi et Iuniwladislaviensi aliis quoque terris ac districtibus^{li} compellebantur^{lj}, tollimus et abolemus perpetuo decernentes, statuentesque illos et alios ubique locorum in Regno nostro constitutos subditos nostros villarum dominos eorumque subditos in hac libertate conservandos, ut liceat cuique cerevisias^{lk} et liquores alios undecunque recipere, sumere in villisque, et locis aliis ditionis eum braxare et braxari facere ac undecunque maluerint, aut voluerint sumere, habere, propinare et uti, frui libere absque omni nostrae et capitaneorum nostrorum prohibitionis arresti ac poenae formidine.

[66]. [De locis conventionum ante expeditionem bellicam praemittendarum].

Item quoniam convenimus simul cum universis subditis nostris, ut quamlibet expeditionem bellicam generalem, conventiones particulares in locis consuetis secundum consuetudines ex antiquo servatas praecederent, itaque statuimus quod Nos successoresque nostri quotienscunque^{ll} expeditionem bellicam vellemus indicare seu vellent, necessitate quacunque exposcente, totiens^{lm} conventiones particulares instituere debemus et debebunt. Videlicet terrigenis Cracoviensibus terrae in Proshewycze^{ln}, Sandecensibus [k. 5 r.] et Bięcensibus in Czchów, Sandomiriensibus in Nowemyastho^{lo}, Maioris Poloniae et Wschowensibus in Szroda, Siradiensibus et Wyelunensibus Siradiae, Lanciciensibus^{lp} Lanciciae, Cuyawyensibus et Brestensibus in Brzeszczy^{lq}, Dobrinensibus in Rypyn^{lr}, Gostiniensibus et Sochaczoviensibus in Gambin^{ls}, Rawensibus in Rawa, ^{lt}Luczoviensibus et Lublinensibus^{lt} in Urzadow, Chelmensibus in Rubyeschow, Belzensibus in Buszko^{lu}, Premisliensibus in Moszczyska^{lv}, Podoliae in Camyenyecz^{lw}, Sanocensibus in Sanok, Leopoliensibus in Wyssnya^{lx}, Haliciensibus in Threbowla^{ly} ad consultandum^{lz} necessitati tunc fortasse nobis, ^{ma}Regnoque nostro^{ma} et Reipublicae^{mb} imminenti.

[67]. [De iudice terrestri in terra mansuro].

Item cum nonnulli subditi nostri aut domicilia propria, aut servitiorum^{mc} officia terris in aliis obtinentes, iudicatus terrarum in quibus non resident occupare et officii mi[ni]steria negligere saepenumero viderentur, Nos super hoc consultationem habentes generalem cum praelatis et baronibus universis, decrevimus statuendum ut in singulis terris iudices terrarum residere et iustitiam petentibus ministrare per se et personaliter teneantur, alioquin in interim iudiciis non praessent, nec in terra residerent extunc anno decurso iudex novus per nobilitatem terrae illius exigatur^{md} iuxta consuetudinem antiquitus institutam.

[68]. [De palatinis pretia et mensuras rebus venalibus imposituris, item de fraternitatibus].

Item quemadmodum Rex Vladislaus^{me} praedecessor noster in conventionem Warthensi recensendo ^{mf}mechanicae artis^{mf} homines, venditione rerum non ex aequo utentes legem desuper instituit singularem, sic nos scientes rationabiliter atque consulto, factam constitutionem

^{lg} *W Ł i VL brak słów: et labore.*

^{lh} *cervisias B. Czart.; cerevisias, quarum L, VL.*

^{li-li} *Brestensi, Juniwladislaviensi et Radzieiovien. Terris aliis quoque Terris et Districtibus Ł, VL.*

^{lj} *compellantur Ł, VL.*

^{lk} *cervisias B. Czart.*

^{ll} *quotiescunque Ł, VL.*

^{lm} *toties Ł, VL.*

^{ln} *Proschevicze MKI; Proschowicze L; Prosovice VL.*

^{lo} *Novemiastho MKI; Nowemiaszto VL.*

^{lp} *Brak tego wyrazu w L, VL.*

^{lq} *Brzeszczye MKI, L; Brzeście VL*

^{lr} *Rypin MKI, L; Ripin VL*

^{ls} *Gambjn MKI; Ripin L, VL*

^{lt-lt} *Lublinen. et Lucovien. L, VL*

^{lu} *Busko VL lv Moszczyska L; Moszczyska VL.*

^{lw} *Kamieniec VL*

^{lx} *Wisnija Ł; Wiśnia VL*

^{ly} *Trebowla L, VL*

^{lz} *consulendum L, VL*

^{ma-ma} *Brak w L, VL*

^{mb} *W Ł i VL następuje; Regni nostri.*

^{mc} *W Ł i VL następuje: suorum.*

^{md} *eligatur Ł, VL*

^{me} *W B. Czart. i MKI: Kazimirus. Poprawił ten błqd J. Łaski. Por. F. Papée, Olbracht, s. 109.*

^{mf-mf} *artis mechanicae Ł, VL.*

illam decrevimus approbandam et ratificandam, approbamusque et ratificamus. Statuentes, quod palatini^{mg} terrarum in singulis palatinatum suorum terris asscitis^{mh} sibi capitaneis locorum et dignitariis, quos commode habere^{mi} poterint, singulis annis^{mj} certis diebus, tam frumentorum, quam pannorum et aliarum rerum terrestrium, quae ad fora per kmethones ducuntur, et quem^{mk} Regno nostro inveniuntur, pretia atque mensuras indicare, instituere, moderari et erigere debeant secundum^{ml} consuetudinem antiquam providendo ne circa easdem mensuras et pretia fraudes committantur. Quodque iuxta illud mechanicorum Vladislai^{mm} statutum fraternitates destruantur. Si tandem palatinus^{mn} ipse aut aliqui palatinorum nostrorum illius antiqui atque praesentis statuti nostri executionem facere postposuerint et in videndis instituendisque eidem pretis negligentes, aut incurabiles fuerint, seu aliquis eorum fuerit; extunc talis negligens palatinus, pro poena suae huiusmodi^{mo} negligentiae, equum ambulatorem nobis dare debeat et tenebitur ^{mp}toties quoties^{mp} negligentiam in praemissis commiserit, eadem poena per nos successoresque nostros puniendus.

[69]. [De civibus et plebeis oppida at bona alia in iure terrestri non possessuris].

Item statuimus, quod civibus et plebeis undecumque^{mq} existentibus, op[p]ida, villas, praedia et bona alia iure^{mr} terrestri supposita emere, tenere, possidereque perpetuo vel obligatorio modo liceat minime ex eo, quod in profectionibus bellicis et aciebus ordinatis, locum inter nobiles competentem non haberent, quodque illi bonis talibus habitis, occasiones querere consueverunt se^{ms} a bellicis expeditionibus liberandi^{mt}, et insuper cum ipsi domos et bona in iure civili sita nobilibus non admittunt^{mu} resignari, eadem vicissitudine, et illis bonorum in iure terrestri sitorum exemptio videtur esse non ab re prohibenda, quodque iudices terrestres et castrenses inscriptiones huiusmodi, in favorem et personas civium flendas non admittant admittereque non praesumant, etsi secus fecerint, extunc quidquid inscriptum fuerit contra constitutionem huiusmodi, id irritum nullum et inane decernatur esse, statuto praesenti mediante. Et quod illi qui iam in effectum bona terrestria usurparunt illa hinc ad decursum temporis, quo commode istud facere possent vendere teneantur, sub poenis quas ex illis secus facientibus, iuxta arbitrium nostrum, et palatini terrae, in quo illa consistunt, exacturi sumus irremissibiliter.

[70]. [De armis ad domum iudicii non inferendis].

Post praemissa instituta nostra cum revoluissemus puncta statutorum in conventionem proxime praeterita, in qua primum post felicem coronationem nostram, hic^{mv} cum subditis nostris ^{mw}tunc universaliter congregatis^{mw} publicitus per nos sancitorum, quam tunc^{mx} temporaliter facta ad praesentem dietam reservata erant interpretanda, i[d]circo de consensu et consultatione communi amputatis aliis quae videbantur aut onerosa multum, aut superstitiosa, aut aequitati non quadrantia de illis infrascriptas duntaxat constitutiones approbavimus et approbamus perpetuo duraturas^{my}. Imprimis cum iudiciorum tribunalia, ad dicendam et discernendam iustitiam, dextre^{mz} excelsi propriissime divinitus fuerint reservata, nobis tandem mortalibus qui vices gerimus sollicitudinem mundanarum commodata, nos cum in nomine iustitiae veritatem, in veritate Deum^{na} dictum implicite credimus^{nb}, statuimus ut ob reverentiam iustitiae et tribunalis, quod ex parte Dei iudicantibus conceditur nobis, nullus in domum ubi iudicia terrestria celebrantur, cum armis quibuscumque^{nc} vel communibus, vel excogitatis intrare audeat, secus faciens poena quatuordecimnd marcarum per iudicium puniatur, cuius arma capitaneus vel burgrabius terrestris, si iudicio praesidet, aut officiales iudicio praesidentes pro se tollent. Et si

^{mg} palatini B. *Czart.*

^{mh} adscitis L, VL.

^{mi} W B. *Czart.* słowo to wpisane jest na interlinii, prawdopodobnie inną ręką.

^{mj} annis et L, VL.

^{mk} quae in L, VL.

^{ml} suam L, VL.

^{mm} Kazimiri B. *Czart.*; Casimiri L, VL.

^{mn} W B. *Czart.* tu i poniżej: pallatinus, pallatinorum.

^{mo} huiusdem L.

^{mp-mp} tociens quociens B. *Czart.*

^{mq} undecunque L, VL.

^{mr} iuri L, VL.

^{ms} Brak w L, VL.

^{mt} se liberandi L, VL.

^{mu} admittant L, VL.

^{mv} has VL.

^{mw-mw} Zamiast tych słów w L, VL: consultationes habuimus.

^{mx} W MK1 i L zamiast quam tunc: quoniam.

^{my} W B. *Czart.* następuje tu znak: §.

^{mz} dexteræ L, VL.

^{na} W B. *Czart.* dopisane na marginesie.

^{nb} credamus L, VL.

^{nc} quibuscumque L, VL.

nd quatuordecem L, VL.

quis ausu temerario in iudicio gladium vel cultrum vel lanceam exercere vibrareque praesumeret, sexaginta marcas pecuniarum in terra currentium iudicio exolvat. Quodsi aliquem vulneraverit, collo privetur. Talesque^{ne} violatores per loci capitaneos^{nf} vel burgrabios^{ng} detineantur incarcerationi, usque ad satisfactionem et solutionem poenarum supra scriptarum.

[71]. [De termino citationum ad conventionem generalem praefigendo].

Item quoniam nonnunquam terminus citationum confuse scribebatur, ad conventionem generalem, aut certa diei specificatione non limitatus, aut prolixius assignatus, unde contingebat pauperes nonnullos non expectato termino defectu expensarum, de conventionem recedere, sicque in iustitia negligi, hac igitur ratione moti statuimus, quod citatio ex parte actoris super reum, quae^{nh} debet fore ad conventionem generalem contineat semper terminum seu diem sextam, post ingressum nostrum adⁿⁱ locum conventionis, sub poena trium marcarum, et hoc propterea, ut lapsa una septimana post ingressum nostrum in locum conventionis, condemnationes^{nj} et iudicia exercentur, ne expensis et impensis magnis homines gravarentur^{nk}.

[72]. [De domus violatione et in ea violenta vulneratione ac homicidio et complicitibus eius].

Item cum frequentius violatores domorum suas defensiones iudiciarias deponerent in multitudine cautelarum, per quas nonnunquam rei absolvebantur ab instantiis actorum, unde statuimus, quod si quis intrans domum alicuius manu violenta hospitem aut uxorem vel filium vel^{nl} familiarem ipsius interfecerit, aut etiam enormiter vulneraverit, talis si citatus fuerit ad iudicium castrense non aliter convinci debeat, nisi testibus decemocto^{nm} nominatis, e quibus electis sex nobilibus bonae famae, et possessionis illius districtus aut palatinatus, ubi tale crimen fuerit patratum, actor cum eidem praestito iuramento actionem [k. 5 v.] obtinebit, et reus uti violator securitatis domesticae vita privabitur. Complices vero antiquam retineant constitutionis iurisdictionem animadversionemqueⁿⁿ. Cum tamen quispiam personam iustam et innocentem pro tali aut alio crimine calumpniose^{no} inculpaverit, exindeque cum inculpatus deputeretur turri recludendus, in tali casu Nos et successores nostri, priusquam ad deputandum in^{np} turrim festinaverimus, scrutabimur et scrutabuntur scireque debebimus et debebunt veram positionem rei culpa et^{nq} calumpniatoris, quo in calumpnia^{nq} comperto, Nos ut talem ex debito auctoritatis nostrae infamem pronuntiabimus et insuper in facie cauterisari demandabimus. Sed si violator ipse patrato crimine de Regno fugierit, ipso facto infamis pronuntietur et habeatur, in collo, si eius copia esset puniendus.

[73]. [De eo qui inculpatur quod familiaris suus domum violaverit].

Dum^{nr} vero aliquis homo cuiuscunque status existens inculpatus fuerit, quod ipsius familiaris, violentiam domesticam fecerit ut supra^{ns} descriptum est, hospitem, uxorem, filios aut familiam^{nt} eius invadens manu violenta, in domo eadem interfecerit, in eo casu illum violatorem, apud suum dominum per nobiles et ministerialem arrestari decernimus, cum quo taliter inculpato dominus suus ius ministrare tenebitur, etsi personaliter requisitus, ius ministrare denegaverit, extunc pro eo respondebit dominus secundum iuris ordinem.

[74]. [De servitore violatore domus fugiente, quid cum domino faciendum].

Talis autem familiaris si aufugerit, per nobilesque arrestatus non fuerit, dominus suus pro ipso citatus, non aliter se innoxium de crimine tali expurgabit, nisi iuramento per eum cum duobus testibus similiter^{nu} praestito quod videlicet nec suo scitu, nec consensu, neque mandato, aut voluntate crimen id est commissum, neque dedit aufugiendi occasionem servitori.

^{ne} tales quoque *L.*

^{nf} capitaneum *L., VL.*

^{ng} burgrabium *L., VL.*

^{nh} qui *VL.*

ⁿⁱ in *MKI.*

^{nj} condemnationes *L., VL.*

^{nk} graventur *VL.*

^{nl} aut *L., VL.*

^{nm} octodecem *L., VL.*

ⁿⁿ *Brak tego wyrazu w MKI.*

^{no} calumpniose *L., VL.*

^{np} *Brak tego wyrazu w VL.*

^{nq-nq} calumpniatoris, quo in calumpnia *L., VL.*

^{nr} Cum *L., VL.*

^{ns} superius *VL.*

^{nt} familiarem *L., VL.*

^{nu} simul *MKI, L.*

[75]. [De homicidio et capite nobilium solvendis].

Item de homicidio nobilium casuali, quod a diversis diversimode refertur casualiter perpetratum statuimus, quod homicidae huiusmodi pro capite solvant centum viginti marcas, et per unum annum et sex septimanas convicti iure in turrim deputentur, nec turris correctionem ullomodo evadant, etiamsi cum amicis occisi concordiam inierint. Si vero talis homicida timens turris correctionem de Regno fugierit, sive possessionatus sive non, infamis ipso facto perpetuo pronuncietur per ministeriales proclamationibus mediantibus publicandus.

[76]. [De homicidio in sui defensione casu praesertim in via commisso].

Verum quia contingit saepenumero casualem homicidam minime esse reum homicidii, quod vim vi repellendo evenit, i[d]circo specialiter declaramus statuentes ad eos ipsos nobiles et nobilium homicidas, ut cum quispiam aut viam, aut transitum alterius obsidens occideretur, per illum cuius transitum aut voluit praepedire, aut euntem molestare, in tali homicidio citato homicidae sex testes sufficiant se expurganti^{nv} et convictus non plus quam sexaginta marcas, communes pro capite solvet sine turri.

[77]. [De homicidio in via publica facto].

Sed idem aut viae, aut transitus publici praepeditor alium sub tutela com[m]unis securitatis viae euntem temere interficiens centum et viginti marcas communiter currentes exolvit punitionemque turris sustinebit ordine praetacto.

[78]. [De homicidio in defensione bonorum aut subditorum commisso].

Praeterea tametsi de casuali homicida in itinere se tuenti, sic ut supra^{nw} definivimus, tamen insuper statuimus, ut alius homicida casualis aut bona, aut suos defendens, si committeret^{nx} homicidium licet non voluntarium, nihilominus^{ny} victus iure, poena carceris non perpressa, centum et viginti marcas com[m]unes pro occiso exolvere teneatur.

[79]. [De raptu virginum ac feminarum].

Item de raptoribus virginum et feminarum ita volumus esse observandum, ut talis raptor virginis, si iure convictus fuerit secundum antiquiora statuta honore, et femina rapi se consentiens bonis omnibus haereditariis et quibuscunque aliis ipsam concernentibus rebus, doteque perpetua priventur perpetuis temporibus.

[80]. [De granicierum limitatione inter bona regalia et terrigenarum et numero commissariorum, ac modo iudicandi].

Item cum inter bona nostra inscripta vel non inscripta, et subditorum nostrorum, nostris convicinantium, nonnunquam iniuriae et oppressiones, nonnunquam etiam caedes committerentur et fierent difficultates plurimae, pro limitatione granicierum, nostris aut capitaneis aut tenutariis sub umbra regii nominis nostri, bonorumque nostrorum, subditos^{nz} nostros vicinos, aut opprimentibus, aut limitationem granicierum difficultantibus, i[d]circo ex innata nobis virtute et benignitate regia, propter omnem subditorum nostrorum iustitiam pacemque^{oa} ex hac parte habendam promittimus, quia^{ob} quibuslibet subditis nostris, cuiuslibet status et conditionis existentibus, granicies ex parte bonorum nostrorum petentibus. Nos et successores nostri, secundum statuta antiqua ad discernendam^{oc} aequitatem, commissarios illius terrae et districtus, in quibus bona limitanda consistunt, videlicet duos dignitarios et duos officiales cum succamerario^{od} deputabimus et deputare debeant capitaneoque seu tenutario bonorum nostrorum mandabimus, ut pariter cum commissariis eisdem ad limitandum^{oe} bona eadem exeat, descendat et commissarios expensis provideat, in his praesertim bonis quae habemus libera et sine

^{nv} expurgandi *MKI*.

^{nw} superius *VL*.

^{nx} committet *L, VL*.

^{ny} nihilominus *B. Czart*.

^{nz} subditosque *L, VL*.

^{oa} et pacem *L, VL*.

^{ob} quod *L, VL*.

^{oc} discernendum *L, VL*.

^{od} suo camerario *L, VL*.

^{oe} limitanda *MKI*.

obligatione, qui quidem commissarii, postquam exiverint, debent ex utraque parte senes advocare, a quibus^{of} recepto iuramento iuxta eorum recognitionem et testimonium ad limitationem procedent. Si vero ^{og}senes ipsi^{og} discordes fuerint, extunc commissarii iuxta suas conscientias concordando discordias senum, secundum eorum privatum iudicium, limitationem ipsam prosequuntur et terminabunt, ubi autem et ipsi commissarii discordarent, volumus quod ^{oh}ex eorum sententia^{oh}, qui plures in voce concordantes fuerint, auctoritas atque potestas debeat diffinita terminandi nostrorum officialium, videlicet capitanei aut tenutarii contradictione non obstante.

[81]. [De kmethone fugitivo repetendo tam de regalibus quam non regalibus bonis].

Item licet iam de iudiciis kmethonum missis vel non missis non nihil^{oi} diffiniverimus^{oj}, tamen quia^{ok} restat diffiniendum de fugitivis, i[d]circo decernimus et statuimus, quod si kmetho cuiuspiam subditorum nostrorum spiritualium vel^{ol} saecularium fugae medio se transtulerit in bona alterius, sive etiam nostra, Nos per eum, aut eius nomine, cuius kmetho erat requisiti existentes, demandaturi sumus capitaneo, burgrabio aut tenutario^{om} nostris ad quemcumque^{om} horum^{on} kmetho profugit, kmethonem restitui iure mediante, quodquidem ministrari volumus polonicum secundum statuta antiquiora et sub poenis in eis ad id descriptis, eo quoque modo ac secundum idem statutum sub poenisque illis statuti antiqui quilibet Regni indigena, cuiuscumque^{oo} status et conditionis existat profugum kmethonem restituere teneatur, videlicet iure polonico locato, et secundum illud cum ipsum kmethonem repetendi iustitiam ministrando sine dilatione. Etsi pro eodem profugo kmethone citari contingat quempiam nobilem, aut alium subditum nostrum cuiuscumque praecminentiae, dignitatis, conditionisque existentem, citatus in primo termino tanquam peremptorio responsurus est, cui dilationis induciae aliter concedi non debeant, nisi quis eius nomine vera infirmitate exposcente eas concedi flagitaret. Cui etiam legi atque^{op} iuri capitanei nostri subiacebunt, sic quod iure convicti uti terrigenae poenis in antiquis statutis contentis pro kmethone profugo puniantur, non mittendi [k. 6 r.] a loco iudicii, nisi prius pro poenis cautionem praestiterint seu statuerint sufficientem, si vero a iudicio recesserint poenis non fideiussis decernimus poena maiori nostra quatuordecim marcarum puniendos^{oq}, ad cuius solutionem Nos^{or} illos compelli volumus^{or} similiter cum kmethonis restitutione realiter facienda.

[82]. [De non transponendis graniciebus per succamerarios].

Item cum plerumque^{os} succamerarii, aut eorum camerarii transponerent limitationes granicierum, aut favore quodam, aut partis unius necessitate accedente, altera nolente, exindeque cum negligentia per dilationes favorabiles in limitatione granicierum committeretur. Nos huic errori providentes decrevimus et decernimus perpetuo observandum^{ot}, quod amodo succamerarii omnium terrarum totius Regni, terminos graniciales, per semetipsos pro suo velle, contra iuris ordinem^{ou} transponere non debeant sub poenis quatuordecim^{ov} marcarum, in eo qui aliter fecerit per nos exigendis, excepto quod^{ow} esset consensus partium aut causa intervenire legitima.

[83]. [De dotibus non inscriptis].

Item praecidere cupientes consuetudinem non quidem communem sed in certis terris servatam pro dotibus feminarum non inscriptis, quas dotes nonnullae personae post femines steriles iure expetebant per testium tantummodo probationem, nulla inscriptione alias reforma-

^{of} *W L, VL zamiast a quibus: quorum.*

^{og-og} *ipsi senes L, VL*

^{oh-oh} *W B. Czart. słowa te wpisane są na marginesie. L, VL: eorum sententia.*

^{oi} *nichil B. Czart.*

^{oj} *W L, VL tu i poniżej: definiverimus, definiendum.*

^{ok} *quod L, VL.*

^{ol} *et L, VL.*

^{om-om} *nostro ad quemcumque L, VL.*

^{on} *Brak w L, VL.*

^{oo} *W L, VL tu i poniżej: cuiuscunque.*

^{op} *aut L, VL.*

^{oq} *puniendo VL.*

^{or-or} *illum compellemus impendendam X, VL.*

^{os} *plerumque cum X, VL.*

^{ot} *observantes VL.*

^{ou} *jurisdictionem VL.*

^{ov} *quatuordecim X, VL.*

^{ow} *quando MKI.*

tione in actis habita, statuimus, quod a modo dos quae non fuerit coram Nobis aut in libris ^{ox}-seu in actis inscriptis^{ox} alias iuxta iuris ordinem^{oy} ^{oz}-et antiquam consuetudinem^{oz} reformata nullius debet esse valoris et momenti.

[84]. [De inhibitionibus ecclesiasticis ad iudicia].

Item viam discordiarum inter statum spiritualem et saecularem, occasione inhibitionum quam praelati spirituales in iure saeculari ipsorum litteris et interdictis facere consueverunt, frequentius^{pa} exortarum exoriendarumque^{pb} praecludere volentes. Statuimus, quod deinceps praelati spirituales a talibus inhibitionibus faciendis penitus cessent, praesertim pro causis ad ius saeculare pertinentibus, exceptis causis iuri spirituali subiectis de quibus se nullatenus iudicium terrestre debeat ingerere.

[85]. [De stipendiariis damna aut iniurias committentibus].

Item considerantes dampna^{pc} plurima, oppressiones, rapinas et violentias in bonis et hominibus spiritualium subditorum nostrorum per stipendarios^{pd} committi solita atque solitas nulla satisfactione aut mulcta compensari; statuimus, ut in futurum stipendiarii undecunque et quacunque necessitate in Regno nostro pro tempore existentes pro singulis dampnis^{pe}, oppressionibus et rapinis, violentiis ac^{pf} iniuriis satisfactionem debeant omnimodam: per capitaneos aut locorum aut gentium cum ea quae decet severitate ad impendendum^{pg} eam compellendi^{ph}, et insuper magistri comitarum de quibus tales reperientur oppressores tanquam criminum conscii ad illorum duces improvidi in turrim deiciantur usque ad plenariam satisfactionem detinendi.

[86]. [De solutione ab intromissionibus abrogata].

Item quoniam subditis nostris vel ex re iudicata sive alias perlucris^{pi} uti iudicialiter dici consuevit, sive per emptionem aut resignationem, donationem, devolutionem, aut alia ratione bonorum intromissione petentibus, officiales nostri videlicet locorum capitanei, vicecapitanei et burgrabii eorundem consueverant a qualibet intromissione solutiones extorsisse insolitas, cum videlicet pro parte capitanei decem marcae et pro parte burgrabii una sexagena polonica numerum^{pj} per eos qui intromittebantur iussis capitaneorum dari consueverant, Nos cernen[tes] istud introductum esse sine iure, quinimo cum gravamine subditorum nostrorum, decrevimus et statuimus, ut cum capitanei nostri salariis^{pk} et introitibus specialibus ac in certis locis de mensa nostra proventibus regalibus fuerint prout sunt dotati ubique, quorum ratione sicut ad exercenda debita eis annexa officia, sic ad omne iustitiae ministerium eis incumbens et dandas eas intromissiones obligantur, propter quod a modo in perpetuum praedicti capitanei et burgrabii eorundem in universis Regni nostri terris pro tempore existentes, aut praedicta, aut alia forsitan exquisita vel exquirenda salaria^{pl} vel munera pro intromissionibus a subditis nostris exigere, extorquereque non debeant, a quorum solutione eosdem subditos nostros in hac^{pm} parte, de speciali nostrae benignitatis gratia absolvimus eviterne, tamen volumus ut circa easdem intromissiones debita ministerialium salaria solvantur iuxta solitum.

[87]. [De praescriptione librorum terrestrium et castrensi].

Item dubia declarantes super librorum terrestrium et castrensi praescriptionibus, statuimus quod libri terrestres praescriptiones habeant sicut statuta antiquiora Kazimiri^{pn} continent, de castrensi^{po} vero praescriptione meminimus satis supra dictum circa tribunalia capitaneorum loca, sic ut ibidem specialiter colligitur, quamdiu inscriptiones in eis contentae sunt valiturae.

^{ox-ox} seu actis inscripta *L, VL*

^{oy} *L i VL dodają*: transponi non debeat.

^{oz-oz} et antiqua consuetudo *L, VL*.

^{pa} ferventius *L L, VL*.

^{pb} exoriendarumque *L, VL*.

^{pc} damna *L, VL*.

^{pd} stipendarios *L, VL*.

^{pe} damnis *L, VL*.

^{pf} et *L, VL*.

^{pg} impendendam *L, VL*.

^{ph} compellendi *L, VL*.

^{pi} praelucris *VL*.

^{pj} *Brak tego wyrazu w L, VL*.

^{pk} solarys *B. Czart*.

^{pl} solaria *B. Czart*.

^{pm} *W B. Czart. wyraz dopisany na interlinii*.

^{pn} Casimiri Magni et aliorum successorum ejus *L, VL*.

^{po} castri *L, VL*.

[88]. [De servandis libris capitaneorum].

Verum quia in nonnullis capitaneorum nostrorum locis et praesertim capitaneatu Maioris Poloniae consueverunt inferri libris castrensibus inscriptiones indifferenter universae, hi quoque libri^{pp} per successores capitaneorum in privata loca deferri, quibus subditi nostri inscriptiones et litteras nonnisi cum difficultatibus et nonnunquam grandi pretio coguntur extrahere, nonnunquam vero propter nimiam depactionem^{pa} non obtinere^{pr}, quod fit contra omnem iuris, iustitiae et aequitatis communis rationem. Quapropter statuimus perpetuo observandum, ut in omnibus terris Regni nostri vacationibus^{ps} capitaneatum generalium et particularium per cessum aut decessum contingentibus libri castrenses eorundem cedentium et decedentium capitaneorum de locis capitaneatum vacantium quoquam^{pl} minime deferantur, seu sub testimonio reponantur in pretoriis in cistis ad hoc specialiter deputandis, quae clavibus palatini^{pu} et iudices^{pv} terrae illius in qua capitaneatus consistit et capitanei pro tempore existentis claudi et aperiri debeant.

[89]. [De antiquis capitanei libris].

Quoniam autem ad hanc ipsam constitutionem movebamur iacturis et iniuriis subditis nostris ob carentiam librorum eorundem annis superioribus contingentibus, i[d]circo licet omnis constitutio communiter ad futura referatur, tamen quia libri capitaneorum praeteritorum continent ut verisimile est non privatam successorum capitaneorum illorum praeteritorum sed communem necessitatem, i[d]circo promittimus, volumus et debemus omnes et singulos libros etiam vetustiores quoscunque^{pw} ubicunque^{px} apud quoslibet subditos nostros spirituales et saeculares cuiuscunque^{py} status et conditionis existentes intellexerimus esse, auctoritate Regia nostra rehabere mandareque et efficere eosdem praeteritorum capitaneorum tam cedentium et decedentium, quam aliorum viventium reponi in cista vel cistis specialibus, quae cum eisdem libris in praetoriis civitatum observabuntur fideliter, sub tribus clavibus praedictis videlicet palatini^{pz} et iudicis terrae illius ac capitanei pro tempore existentis. Quae tamen cistae et libri aperiantur^{qa} in terminis iudiciorum terrestrium et litterae ex eisdem sub titulo et sigillo eiusdem pro tempore existentis capitanei quibuslibet petentibus [k. 6 v.] extradantur. Pro quibus praeteritorum capitaneorum litteris ipsi pro tempore existentes non aliter salaria^{qb} praesumant exigere, quam exigere^{qc} consueverunt pro actibus coram eis gestis atque scriptis, id autem et quidquid^{qd} praesentibus ac etiam^{qe} aliis hic^{qf} insertis et non insertis Regni nostri^{qg} statutis sancitum^{qh} est, ad futuros volumus eventus referri.

[90]. [Albertus Rex confirmationem suam scripsit et privilegium dedit super omnibus institutis Regni].

Postremo vero, ut praesentium institutorum confirmationisque et concessionis^{qi} nostrorum series^{qj} obtineat robur firmitatis perpetuae^{qj}, nec ullo unquam tempore per nos et successores nostros in aliqua sui parte quomodolibet valeat in irritum revocari^{qk}, tam praesentia instituta nostra confirmationem antiquorum continentia, quam alia antiquiora universa per divos olim praedecessores nostros Reges Poloniae, successive edita praesentibus etiam non inserta in omnibus passibus, capitulis, articulis, punctis et clausulis approbamus, nostra praesentia decerne[n]tes perpetuo valitura, illa vero universa antiquiora confirmantes, roborantes et ratificantes quatenus perennis^{ql} firmitatis vim obtineant. Super quibus tam novis praesentibus nostris, quam antiquioribus confirmatis, nostras privilegiales praesentes litteras pendentis retrorsum a dorso sigilli nostri munimine roboratas, de certa scientia nostra dedimus et concessimus per manus

^{pp} eorum libri *L*, *VL*.

^{pa} depactionem *L*, *VL*.

^{pr} obtinent *MK1*.

^{ps} *W L*, *VL* tu i poniżej: vacationibus, vacantium.

^{pl} quoquomodo *MK1*; quocunque *L*, *VL*.

^{pu} palatini *B*. *Czart*.

^{pv} iudicis *LX*.

^{pw} quoscunque *L*, *VL*.

^{px} ubicunque *L*, *VL*.

^{py} cuiuscunque *L*, *VL*.

^{pz} palatini *B*. *Czart*.

^{qa} aperiantur *L*, *VL*.

^{qb} solaria *B*. *Czart*.

^{qc} exigi *L*, *VL*.

^{qd} quicquid *B*. *Czart*.

^{qe} *W L* i *VL* zamiast ac etiam: et.

^{qf} his *L*, *VL*.

^{qg} *Brak w L*, *VL*.

^{qh} sancitum *L*, *VL*.

^{qi} successionis *B*. *Czart*.

^{qj} robur obtineat perpetuae firmitatis *L*, *VL*.

^{qk} irrevocari *L*.

^{ql} perhennis *B*. *Czart*.

reverendi in Christo patris domini Creslai de Curozwanky^{qm} episcopi Wladislaviensis^{qn} et cancellarii Regni nostri nobis sincere dilecti Pyotrkoviae^{qo} in conventionem generali, anno Domini millesimo quadringentesimo nonagesimo sexto, feria quarta proxima post festum sancti Urbani^{qp} per nos et universos praelatos, barones, regnicolas et terrarum nuntios celebrata, illustrissimo principe reverendissimisque et reverendis in Christo patribus dominis: Frederico^{qq} miseratione divina sacrosanctae romanae ecclesiae tituli sanctae Luciae in septem solis^{qr} praesbitero cardinali, archiepiscopo Gneznensi et primate, et^{qs} episcopo Cracoviensi; Andrea Roza archiepiscopo Leopoliensi; praefato Creslao Wladislaviensi^{qt} et Regni nostri cancellario; Uriele Poznaniensi; Petro Plocensi et Nicolao Premisliensi ecclesiarum episcopis ac magnificis, generosis, strenuis, spectabilibus, nobilibus et venerabilibus Spithkone de Jaroslav^{qu} Cracoviensi, Johanne Swidwa^{qv} de Schamotuli^{qw} Poznaniensi, Sandwogio de Czarnkow^{qx} Calissiensis, Ambrosio Pampowsky^{qy} Siradiensi, Mathia de Sluzow^{qz} Brestensi, Johanne de Pylcza^{ra} Russiae generali, Nicolao de Ostrow Lublinensi, Nicolao de Thanczin Belzensi pallatinis^{rb}, Johanne^{rc} de Ostrorog Poznaniensi, Petro de Curozwankyrd Sandomiriensi et thesaurario Regni nostri, Raphaele de Lesczno^{re} Gneznensi et marscalco curiae nostrae, Andrea de Thanczin^{rg}, Woyniczensi^{rh}, Nicolao de Strzezewo^{ri} Wieliciensi, Petro Myskowski^{rj} Rospieriensi, Dobrogostio de Ostrorog Miedzyrzecensi, Stanislawo de Chodecz Leopoliensi et capitaneo Camenecensi, Nicolao Gardzinark de Ludbrancz Landensi, Stanislawo Kmytha de Wyssnycze^{rl} Premisliensi, Andrea de Lubyen^{rm} Brestensi, Andrea de Cuthno^{rn} Gostinensi, Johanne de Oleszko^{ro} Malogostiensi, Jacobo de Drzewycza^{rp} Zarnoviensi, Marcissio^{rq} de Wroczymowice^{rr} Polanecensi, Johanners Jarand de Brudzew Spicimiriensi, Nicolao de Cosczyelecz^{rt} Crusswiciensi^{ru}, Nicolao de Crethkow^{rv} Ripiniensi, Nicolao de Crossnya^{rw} Plocensi, ^{rx}Nyvognyevo de Lyszkowo^{rx} Wysnensi^{ry}, Zawissio de Czunradecz^{rz} Raczanschiensi^{sa} castellanis, Petro Kmytha de Wyssnycze^{sb} marscalco^{sc} Regni nostri ac Scepusiensi et Sandecensi capitaneo, Johanne de Tharnow^{sd} Cracoviensi, Petro Spoth Sandomiriensi vexilliferis, Johanne de Lassothky^{se} Poznaniensi, Caspar[o] de Lesczno^{sf} Calissiensis, Vincentio de Carthlupya^{sg} Siradiensi, Zawissio^{sh} Roza de Borzyschowycze^{si} Chelmensi et curiae nostrae, Johanne Wosnyczky^{sj} Lanciciensi, Jacobo de Laschewo^{sk} Plocensi succamerariis, Johanne^{sl} decretorum doctore praeposito Poznaniensi, Bernardo canonico Cracoviensi de Ludbrancz, Mathia de Drzewyczasm cantore Sandomiriensi secretariis, Petro de Opalenycza^{sn} Poznaniensi, Johanne^{so} de Zakrzow Cracoviensi, Martino de Skothnyky^{sp} Sandomiriensi, Petro de Bachczizce^{sq} Siradiensi iudicibus, Petro de Paczanow^{sr} subdapifero Cracoviensi, Mathia de Glowaczowicze^{ss} zuppario Cracoviensi et capitaneo, Jaroslao de Lasskost tribuno Siradiensi, Alexandro de Tharnow^{su}, Johanne Zaramba de Calynowa^{sv},

^{qm} Cwrozwijanki *L*; Kurozwanki *VL*.

^{qn} Wladislaviensis *L*, *VL*.

^{qo} Pijothrkouie *L*;

Petricoviae *VL*.

^{qq} Friderico *VL*.

^{qr} folijs *L*, *VL*.

^{qp} Powinno być: ipso die sancti Urbani (25 V 1496).

^{qs} ac *L*, *VL*. ^{qt} Wladislaviensis *L*, *VL*. ^{qu} Spithkone de Jaroslav *VL*. ^{qv} Swydwa *MKI*.

^{qw} Slow:

de Schamotuli *brak w L*, *VL*. ^{qx} Sandivogio de Czarnkow *L*; Sandivogio Czarnkowski *VL*

^{qy} Pampowski *VL*.

^{qz} Szuzewo *MKI*; Szuzow *VL*

^{ra} Joanne de Pijlcza *L*; Pilcza *VL*

^{rb} palatinis *L*,

VL ^{rc} Joanne *L*, *VL* rd Cwrozwijanki *L*; Kurozwanki *VL*

^{re} Leszno *L*; Lesno *VL*

^{rf} mareschalco *L*,

VL ^{rg} Tanczajn *L*; Tęczyn *VL* ^{rh} Woynicien. *L*, *VL*

^{rk} Bardzina *VL*

^{rl} Kmijtha de

^{ri} Strzezow *L*, *VL*

^{rj} Miskowski *VL*

^{rm} Lubijen *MKI*; Lubien *VL*

^{rn} Kuthno *L*, *VL*

Wijsnicze *L*; Kmita de Wisnice *VL*

^{ro} Joanne de Olesko *VL* ^{rp} Drzeuicza *L*; Drzewica *VL*

^{rs} Joanne *L*, *VL*

^{rt} Cosczijelec *L*;

^{rq} Narcisso *L*, *VL*

^{rr} Wroczimouicze *L*.

Kościelec *VL*

^{ru} crusviciensis *L*, *VL*

^{rv} Kretkow *VL*

^{rw} Crossnija *L*; Crosnia *VL* ^{rx-rx} *W B. Czart.*

można też odczytać: Nynognyewo. Niwogniewo de Krisko

VL ^{ry} visnensi *VL* ^{rz} Jamissio de Cunradecz *L*;

Czunradecz *VL*

^{sa} raczijansziensi *L*; Raciąszyen *VL*

^{sb} Kmijtha de Wijssnicze *L*; Kmita de Wisnice *VL*

^{sc} mareschalco *L*, *VL*

^{sd} Joanne de Tarnów *L*, *VL* ^{se} Joanne de

Lassotki *VL*

^{sf} Caspar de Lessno *L*; Gaspere de Leśno *VL* ^{sg} Charthlupia *L*, *VL* ^{sh} Janussio *L*, *VL*

^{si} Borijschowijcze

L; Boryschowice *VL* ^{sj} Joanne Ucznijczki *L*; Woźnicki *VL* ^{sk} Laszewo *VL* ^{sl} Joanne *L*, *VL*

sm Drzeuicza *L*; Drzewica *VL*

^{sn} Opalenicza *L*; Opalenica *VL* ^{so} Joanne *L*, *VL*

^{sp} Scothnijki *L*; Skotniki *VL*

^{sq} Bachczijcze *L*; Bachczyce *VL* ^{sr} Pacanów

VL ^{ss} Glouaczenicze *L*; Głowacowice *VL*

st Lasko *VL*

^{su} Tarnów *VL*

^{sv} Joanne Zaręba de Kalinowa *VL*

Johanne^{sw} de Chodecz capitaneo Haliciensi, Jacobo et Cristoforo^{sx} de Schidlowyecz^{sy}, Dunyn de Vyasdz^{sz}, Jacobo de Boturzin^{ta}, militibus et curien[sibus] nostris, tunc praefatis spiritalibus et saecularibus ac baronis ratione dignitatum officiorumque que obtinent consiliis praeceptis atque decretis Regni nostri nobis illud feliciter regentibus, praesidentibus, reliquis vero suprascriptis et aliis fidedignis regnicolis subditis nostris publicitus in conventionem praesenti pro communi Reipublicae bono aequitateque agentibus interessentibusque praemissis omnibus. ^{tb}Creslaus episcopus et Regni Poloniae cancellarius qui supra scripsit^{tb}.

^{sw} Joanne *L*, *VL*.

^{sx} Christophoro *L*, *VL*.

^{sy} Schydlowyecz *MKI*; Schidlowijecz *L*; Szydłowiec *VL*.

^{sz} Wyazd *MKI*; Wijazd *L*; Uiazd *VL*.

^{ta} Bathurzyn *VL*.

^{tb-tb} *Prawdopodobnie własną ręką Krzesława. Słów tych brak w L, VL.*